Capta. Quod pro subuentione mercatorum Crete capitaneo galearum Alexandrie eundo ad uiagium, capiat in Cretam secundum usum; in reditu uero galearum ipsarum sit in libertate capitanei capiendi uel non capiendi sicut sibi uidebitur pro securitate galearum. Et quia incertum est, si capitaneus in reditu capiet ibi, ex quo mercatores damna maxima possent incurrere nisi prouideatur, mandetur nostro capitaneo Culfi quod sine manifesto periculo et preiuditio galearum sibi commissarum in exitu galearum Alexandrie de Venecijs postquam ipse galee recesserint de Mothono elapsis decem diebus postea ire debeat, cum galeis sibi commissis uel illa parte que sibi uidebitur in Cretam, ad leuandum nostros mercatores et mercationes suas et eos et mercationes conducat usque Mothonum, que mercationes de Mothono postea non possint conduci Venecias nisi cum galeis Alexandrie. Et ultra hoc ut non deficiat nostra subuentio ipsis mercatoribus scribatur duche et consiliarijs Crete quod omnes mercationes que fuerint sibi presentate, post recessum galearum Culfi usque dies XX mensis Octubris, permittant conduci Venecias uel Mothonum cum nauigijs disarmatis, sicut melius uidebitur mercatoribus. In casu uero quo dicte mercationes de Mothono leuari non possent per galeas Alexandrie mandetur dicto capitaneo Culfi, quod transactis ultra omnibus armatis de mercato pro ueniendo Venecias, debeat ire ad leuandum dictos mercatores et mercationes cum suis galeis et ipsos conducere Venecias, omni causa postposita, declarando quod de mercationibus conducendis per galeas Culfi Mothonum, uel postea post recessum galearum Culfi, ut est dictum. Soluatur de illis que leuabuntur per galeas Alexandrie solis debeat nabulum solitum Crete et quantum plus et declarando etiam sicut est justum quod si de mercationibus predictis conduceretur Venecias cum nauigijs disarmatis, ante aduentum galearum Alexandrie, quod extraordinarij teneantur ipsas ponere

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

in soluo in uno magazeno, donec uenerint galee Alexandrie Venecias. Ueruni si dicte galee Alexandrie capient in Cretam et monstrabunt plazam duche et consiliarijs Crete, ordinetur quod habeant nabulum suum de mercationibus que fuerint conducte Venecias cum nauigijs disarmatis, apportantibus ipsis litteras ipsorum duche et consiliariorum, continentium de plaza et quantitate que leuari potuisset.

9

Fo 78r Ὁ Πέτρος Μερτζάριος κάτοικος Χάνδακος ἀπὸ εἰκοσιτριετίας, πωλήσας τὰ ὑπάρχοντα αὐτοῦ ἀντὶ τετρακοσίων χρυσῶν δουκάτων μετέβη εἰς Βενετίαν πρὸς ἀγορὰν ἐμπορευμάτων. Τὰ ἐμπορεύματα ταῦτα θέλει νὰ μεταφέρῃ εἰς Κρήτην καὶ αἰτεῖται ἄδειαν μεταφορᾶς. Παραχωρεῖται ἡ ἄδεια δι' ἐμπορεύματα ἀξίας τετρακοσίων δουκάτων χρυσῶν διὰ μίαν μόνον φοράν. 1362, Μαΐου 24.

10

Ὁ Ἰωάννης Κουλέλης τοῦ Γεωργίου δουλοπάροικος τοῦ μοναστηρίου τῆς Εἰρήνης, κειμένου εἰς τὴν περιοχὴν Ρεθύμνου, διὰ νὰ λάβῃ παρὰ τοῦ δουκὸς Φιλίππου Ἀουρίου κτήματά τινα, διανεμόμενα εἰς ἐλευθέρους, ἤλλαξεν τὸ ὄνομά του εἰς Ἰωάννην Περδικάρην ὁμολογῶν ἑαυτὸν ἐλεύθερον. Ὁ Ἄγγελος Σουριανὸς ἐνοικιαστὴς τῶν κτημάτων τῆς μονῆς τῆς Εἰρήνης, κατήγγειλε τὴν πρᾶξιν. Διατάσσονται ὁ δοὺξ καὶ οἱ σύμβουλοι, ὅπως εἰσακούσωσι τὴν ὑπόθεσιν τοῦ δουλοπαροίκου, ὅστις ἐκήρυξεν ἑαυτὸν ἐλεύθερον, παρὰ τοῦ Σουριανοῦ καὶ ἐνεργήσωσι συμφώνως πρὸς τὸ δίκαιον. 1362, Ἰουνίου 30.

Fo 93to Millesimo trecentesimo LXII. Indicione XV.

Capta in Rogatis die ultimo Junij.

Cum Angelus Suriano fidelis noster exponat quod tempore regiminis nobilis uiri ser Zuffredi Mauroceno duche Crete fuerit ei deliberatum monasterium de la Paze, positum in partibus sexterij Rethimi per annos quinquaginta octo secundum usum soluendo omni anno communi Candide in duabus pagis yperpera curencia in Cretam 391. Et sicut asserit inuenit illud monasterium disipatum et male in ordine, taliter quod nec terenum nec uilanos habebat et cum maximo labore et expensis iam elapsis quinque annis recuperauit multos uilanos et terena, et tamen maior pars restat recuperari sicut continetur in expositione eius. Et inter alios uillanos qui spectent sibi nomine dicti monasterij, sic quidam Jani Culeli filius Georgij Culeli uillanus dicti monasterij, sicut dicit, qui Jani, dum habitaret in burgo castri Priotisse et uideretur quod ducha Crete ser Phylippus Aurio uolebat dare et diuidere certa terena aliquibus franchis ad seminandum, fecit se franchum et mutauit sibi nomen, faciens se scribi Jani Perdicari non existente tunc ibi aliquo contradicente ei, ex quo, propter scripturam factam de dicto Jani, qui sibi mutauit nomen, jura dicti monasterij sunt peritura nisi interueniat subuentio ducalis dominij, nam ubi erat uillanus dicti monasterij, fecit se

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

scribi franchum mutando sibi nomen, ut est dictum. Et propterea supplicet cum rectores recusent ipsum angelum audire asserentes non posse se impedire de gestis per suos precessores, quod sibi subueniatur ut possit recuperare uillanum ipsum, si sibi spectat; uadit pars consideratis omnibus que dicta sunt quod scribatur duche et consiliarijs Crete et suis successoribus quod non obstante scriptura uel dato facto tempore ser Phylippi Aurio duche predicti, possint audire dictum Angelum Suriano super facto predicto dicti rustici, qui se fecit franchum et facere quod sit justum.

11

Fo 106to **Ἐδόθη πίστωσις εἰς τοὺς τότε δοῦκα καὶ συμβούλους Κρήτης διὰ τὴν ἐπισκευὴν στέγης τινός. Ἡ πίστωσις ἐξηντλήθη διὰ τὴν ἀγορὰν ξυλείας, ἑπομένως δὲν εἶναι δυνατὸν νὰ ἐκτελεσθῇ τὸ ἔργον, ἡ δὲ βραδύτης θὰ ἀπαιτήσῃ μεγαλυτέρας δαπάνας. Ὅθεν αὐξάνεται ἡ πίστωσις πρὸς ἀποπεράτωσιν τοῦ ἔργου δι' ὑπερπύρων τετρακοσίων. 1362, Αὐγούστου 2.**

12

Ἐπιστολὴ πρὸς τὸν ἀρχιεπίσκοπον Πατρῶν περὶ τοῦ ζητήματος τοῦ γάμου τῆς Φλωρεντίας Σανούδου μετὰ τοῦ ἀδελφοῦ του. Ἐπισυνάπτονται: 1ον Ἐπιστολὴ πρὸς τὸν βάϊλον Εὐβοίας. 2ον Ἐπιστολὴ πρὸς τὸν δοῦκα καὶ συμβούλους Κρήτης. 3ον Ἑτέρα ἐπιστολὴ πρὸς τὸν δοῦκα καὶ συμβούλους Κρήτης. 4ον Ἐπιστολὴ πρὸς τὴν δέσποιναν Φλωρεντίαν Σανούδου. 5ον Ἐπιστολὴ πρὸς τὸν Γουλιελμάτσιον Σανοῦδον. 1362, Δεκεμβρίου 27.

Fo 122to Millesimo trecentesimo LXII, die XXVII Decembris. 1

Capta. Quod scribatur Archiepiscopo patracensi in hac forma.

Intellectis litteris et nuncio paternitatis uestre super tractatu matrimonij, quem dicitis esse habitum inter dominam Florentiam Sanuto et fratrem uestrum; rescribimus quod de hijs que scripsistis multipliciter admiramur, nam ipsa domina uiuente patre, et pater eius ac mater pluries nobis scripserunt quod ipsa domina, tamquam ciuis et deuota nostra, nullo modo procederit umquam ad matrimonium cum aliquo, secundum conscientia et uoluntate nostra et nisi cum persona dominio nostro grata. Et quia de scriptis per uos nullam umquam conscientiam nobis fecit, impossibile extimamus quod ipsa nobis inscijs contra promissionem suam ad aliud processisset, ut tamen intentionem nostram apertius scire possitis, declaramus uobis quod progenitores ipsi fuerunt de antiqua et nobili progenie Venetorum et insulas Egeopelagi, cum fauore nostri dominij sunt adepti. Ideo nullatenus pateremur ea que tanto nostrorum sanguine et periculis acquisita et conseruata fuerunt ad extraneum quemquam transferri, tum pro utilitate ipsius domine tum pro salute propria status nostri. Ex quo honestius et consultius quoslibet acturos putamus si facta ipsa nobis quorum interest, dirigenda promiserint, nec rei ad se non pertinenti commisceant cum firmi propositi

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

nostri sit, sicut superius dictum est, quod nec ipsa domina nec loca eius ad quenquam extraneum perueniant ullo modo.

Capta. Quod scribatur baiulo et consiliarijs Nigropontis in hac forma. De hijs que fecistis circa impediendos tractatus matrimonij, qui habebantur cum domina Florentia, uestram prouidentiam commendamus notificantes uobis quod super Archiepiscopus Patracensis nobis scripsit contractum fuisse matrimonium per uerba de presenti inter eam et fratrem suum, sicut dicit apparere publicis instrumentis. Rogans quod gratum et acceptum haberemus matrimonium antedictum, cui respondimus sicut in incluso uidebitis, uolentes et mandantes quatenus prouidere debeatis quod fortilicie, que super insula, nomine dicte domine et filij sui tenebantur, sint in manibus personarum et confidentium, et de quibus pro statu nostro non habemus aliqualiter dubitare. Et quando aliter fieri non posset, ipsas faciatis nomine nostri dominij custodiri saluis juribus eorum quibus spectant, facientes eis assignari omnes prouentus et redditus earum expensis solum modo necessarijs pro custodia et conseruatione earum detractis. Damus insuper uobis intelligi ad informacionem uestram quod de locis et fortilicijs Egeopelagi commissimus factum duche et consiliarijs Crete, qui cicius et uellocius poterunt, adimplere predicta. Et nichilhominus sumus contenti et placet nobis si uideretis posse operari quicquam boni per modum commissum duche et consiliarijs Crete ut nostra intentio ducatur ad effectum, quod faciatis et procuretis. Et pro pterea uobismittimus hic inclusam copiam littere, quam eis missimus super hijs rescribendo nobis continue quicquid feceritis. Alij—de non o—non sinceri 2.

F° 123r Die 27 Decembris.

Quod scribatur duche et consiliarijs Crete pro locis Egeopelagi in hac forma, uidelicet. De hijs que fecistis in mittendo ambaxatorem uestrum ad ducam Egeopelagi ante obitum suum ad procurandum nostrum honorem et alijs modis, quos tenuistis circa hoc, uestram prouidenciam commendamus, notificantes uobis quod super Archiepiscopus Patracensis nobis scripsit fuisse contractum matrimonium per uerba de presenti inter dominam Florentiam quondam filiam dicti duche et fratrem suum sicut apparere dicit publicis instrumentis; rogans quod gratum et acceptum haberemus matrimonium antedictum. Cui respondimus sicut in incluso uidebitis mandantes uobis quatenus quam cicius esse potest prouideatis omnibus modis et uijs, quibus uobis melius uidebitur, quod alique ex principalioribus fortilitijs insularum dicte domine sicut sunt Nichosia, Andre, S. Herini et Mellum et si qua alia uobis uiderentur pro statu nostro et nomine nostri dominij custodiantur, saluis juribus eorum quibus spectant per personas bene confidentes,

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

pro statu nostro, fatientes eis assignari redditus et prouentus earum, detractis solum expensis necessarijs pro custodia et conseruatione locorum. Et hoc facto dicatis domine, de qua non dubitamus uos haberi fecisse et facere curialem et bonam custodiam quod id quod fecimus et facimus est tam pro utilitate eius, que est ciuis nostra, quam pro securitate status nostri, ne loca sua nostris fauoribus et periculis acquisita ad manus extraneorum perueniant, que ipsa possent in eius damnum et nostrum preiuditium occupare, et quod ipsa scit, quod pater, mater et ipsa nobis scripserunt se umquam matrimonium contracturum nisi cum persona nobis grata. Et quia de nullo extraneo confideremus, hortamur quod ipsa elligat aliquem nobilem uel de Venecijs uel de Candida quorum multi sunt uirtutibus et nobilitate potentes, qui ipsam et loca sua honorabiliter poterunt conseruare, dicentes ei expresse quod ipsam uel loca sua, cuiquam extero tradi nullatenus pateremur. Et si contenta fuerit et Venetum ut est dictum asumpserit omnia loca sua sibi resignari integraliter faciemus, et ultra hoc dicatis quod ipsam et augmentum suum ac locorum suorum habebimus semper, specialiter et fauorabiliter commendata, et quicquid de predictis omnibus feceritis et sequetur nobis uestris litteris intimetis.

Capta. Quod pro custodia et conseruatione locorum Egeopelagi ut non ueniant ad malas manus, scribatur Duche et consiliarijs Crete quod recepimus alias plures litteras suas de bonis prouisionibus factis per eos tam in mittendo ambaxatorem ad ducham Egeopelagi, ante obitum suum, quam aliter, quibus intellectis sicut sciunt, rescripsimus et replicauimus eis libertatem alias datam super hoc. Et licet simus certi quod sunt atenti et uigilles in omnibus que spectent honori et bono nostro, tamen quia nuper recepimus litteras ab Archiepiscopo Patracensi continentes qualiter matrimonium uideretur esse tractatum inter filiam dicti quondam duche et quemdam fratrem ipsius Archiepiscopi per uerba de presenti, determinauimus eis uelle notam facere responsionem, quam fecimus dicto Archiepiscopo super dicto facto, que responsio eis mittatur ad suam informacionem et mandare quatenus uisis presentibus omni mora postposita mittere debeant per illum modum qui uidebitur meliori eis qui sunt informati ad plenum de factis istis ad dominum Guielmatium Sanuto, ciuem et nobilem nostrum, uel ad eius filium, uel alios eorum nomine existentes in Nichosia et alijs partibus Egeopelagi ad fatiendum eis notum, quod intellecto per nos de obitu domini duche et subsequenter de matrimonio predicto, maximam turbationem recepimus in mente nostra. Et propterea intendentes quod loca illa acquisita recuperata et conseruata cum tanto sanguine labore et fauore nostrorum antiquorum custodiantur et saluentur, ita quod ad manus extraneorum non ueniant, disposuimus

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

mittere ad eum, tamquam ad earum et honorabilem ciuem nostrum, de quo plene confidimus ad mandandum imponendum et ortandum quantum possumus quod dicta loca debeat saluare, custodire et guarentare et deffendere contra omnem personam et nullum extraneum de mundo recipere uel recipi facere in eis, de quo possit in aliquo dubitari, donec aliud ordinabimur superinde, saluis semper juribus omnium personarum saluando uel saluari fatiendo omnes redditus et prouentus dictorum locorum, factis omnibus expensis necessarijs et opportunis in custodiendo et saluando loca predicta, donec uidebitur quibus de jure debeant assignari. Et si dominus Guielmatius, uel filius, uel alij loco eorum egerent subsidio pro custodia et conseruatione dictorum locorum, tunc ducha et consiliarij prouideant fatiant et ordinent ita et taliter, quod loca remaneant et sint bene secura et specialiter loca principalia per illum modum, qui eis melius uideatur, et continue scribant nobis quicquid sequetur et fecerint in factis premissis.

De non o—non sinceri 2.

Capta. Quod scribatur domine Florentie Sanuto in hac forma. Intelleximus nuper cum graui displicentia et habuimus per litteras Archiepiscopi Patracensis, qualiter inter uos et quemdam fratrem ipsius Archiepiscopi uidetur esse tractatum matrimonium per uerba de presenti, sicut idem Archiepiscopus plene asserit constare publicis instrumentis, de quo maximam admirationem et turbationem in mentibus nostris asumpsimus, nec talia de uobis ullo modo credere poteramus, consideratis hijs que continue uobis scripsimus et attentis uestris bonis responsionibus superinde. Quare uolentes uobis notam esse nostram intentionem finalem denotamus uobis iterum per presentes quod talia nec similia matrimonia numquam consentiemus fieri cum tanta diminutione nostri honoris et status, propter loca illa Egeopelagi recuperata acquisita et custodita cum tanto sanguine, labore et fauore antiquorum nostrorum. Set uos que estis sapiens et bene debetis cegnoscere statum uestrum et filij uestri, disponatis de uobis ita et taliter quod ex inde remaneamus contenti et quod ista scandala et turbationes, quas continue recipimus occasione predicta, remoueantur in totum et per consequens habeamus uos caram, sicut est intentio nostra et non detur nobis materia querendi alia cum diminutione nostri honoris et status.

Capta. Quod scribatur Nobili uiro Guielmatio Sanuto ciui nostro in hac forma. Intelleximus nuper de obitu duche Egeopelagi, cui pareat Deus et subsequenter de quodam matrimonio, quod uidetur esse tractatum per uerba de presenti inter filiam quondam dicti duche et quemdam fratrem dicti Archiepiscopi patracensis, sicut per eius litteras nobis missas super dicto matrimonio plenis-

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

sime continetur. Quare reminiscentes laborum sanguinis et fauorum nostrorum antiquorum in recuperando, manutenendo et custodiendo loca Egeopelagi et dubitantes ut plurimum quod ad manus extraneorum non ueniant ullo modo, disposuimus mittere ad uos, uelut ad caros et honorabiles ciues nostros, de quibus gerimus plenam fidem, commissimus duche et consiliarijs Crete et etiam nostris Baiulo et consiliarijs Nigropontis quod ad conseruationem dictorum locorum et bonam custodiam dent uobis consilium auxilium et fauorem opportunum sicut per eorum nuntios uobis fiet mentio specialis, quibus nuntijs et specialiter nuntio duche et consiliarijs Crete latori presentium in omnibus que parte nostra dicent circa facta predicta debeatis tamquam nobis fidem credulam adhibere, obseruantes et mandantes executioni omnia que dicent, sicut de uobis plene confidimus et speramus.

13

Ἐπιστολὴ πρός τινα ἄρχοντα* δι' ἧς παρακαλεῖται οὗτος νὰ μὴ ἀναμιγνύεται εἰς τὸ ζήτημα τοῦ γάμου τῆς Φλωρεντίας Σανούδου.

Ὁμοία ἐπιστολὴ πρὸς τὸν αὐτοκράτορα καὶ πρίγκιπα Ἀχαΐας καὶ Τάραντος. 1363, Ἀπριλίου 5.

F°142t° Millesimo trecentesimo LXIII, die quinto Aprilis.

Scripsit nobis Excellentia uestra, quod de impedimento prestito per nos seu baiulum nostrum Nigropontis domine Florencie ducisse Egeopelagi quominus exequi posset matrimonium cum nobili uiro Raynerio de Azaiolis mirabamur cum ipsa esset uassalla et ligia uestra requirentem ut ipsam in hoc turbare minime deberemus. Super quo uobis rescribimus quod presupposito quod ipsa domina esset uestra uassala prius tamen quam uassala uestra fuerit ipsa fuit ciuis nostra et ratione originis nobis naturali jure subdita et commissa, nam progenitores sui ab antiquo fuerunt de nobilibus stirpibus terre nostre et cum fauore ac auxilio nostro acquisiuerunt et tenuerunt loca et insulas Egeopelagi, quas ipsa domina possidet in presenti pro quibus insulis deffendendis et conseruandis communitas nostra persepe cum multa sanguinis effuxione grauibusque periculis laborauit et continue in treuguis, quas cum imperio constanter hactenus habuimus et presencialiter nunc habemus ipsa loca sub nostra protectione specialiter nominamus, quod nisi actum esset et fieret diu est quod ipsa loca in potestate sua non forent, propter quod si de ipsa ducissa ut predicitur ciue nostra et locis suis nostro fauore quesitus et tantis nostris laboribus conseruatis, curam gerimus et sicut honori nostro conuenit prouidemus iuste agimus, nec habet quisquam ullam admirationis materiam superinde, ymo salua reuerencia uestra equius nobis et conueniencius uidetur quod uos de re uobis utique impertinentius immiscere

* Τὸ ὄνομα παραλείπεται εἰς τὸ κείμενον.

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

minime debetis quia uestram maiestatem tenere uolumus pro constanti quod quidquid egimus in predictis acturique sumus totum est ad salutem et bonum ipsius domine et locorum suorum et pro conseruatione nostri honoris et juris quamplurium ciuium nostrorum, quorum interest et interesse posset per amplius infuturum.

Similis domino imperatori et principi Achaïe et Tarenti.

ΣΗΜΕΙΩΣΕΙΣ ΚΑΙ ΣΧΟΛΙΑ

Οἱ αὔξοντες ἀριθμοὶ τῶν σημειώσεων ἀντιστοιχοῦσι πρὸς τὸν αὔξοντα ἀριθμὸν τῶν θεσπισμάτων.

Σημείωσις. Τὰ θεσπίσματα τὰ ἔχοντα ἐπουσιώδη σημασίαν ἢ ἀφορῶντα εἰς διορισμούς, παρατίθενται ἐν Ἑλληνικῇ περιλήψει.

4. 12. 13. Τὰ τοῦ γάμου τῆς Φλωρεντίας Σανούδου, δουκίσσης Αἰγαίου πελάγους, ὅρα εἰς σημειώσεις καὶ σχόλια Liber XXXI ἀριθ. 23.

ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ
ΑΡΧΕΙΟΥ Κ. ΚΑΙΣΑΡΟΥ

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

LIBER XXXI.

1363–1366

1

Δασμοὶ Κρήτης*.

Ἐξετασθέντες οἱ δασμοὶ οἱ ἐπιβληθέντες ὑπὸ τοῦ Δουκὸς καὶ τῶν συμβούλων Κρήτης ὑπὲρ τῶν ἔργων, τὰ ὁποῖα πρόκειται νὰ ἐκτελεσθῶσι, δὲν ἐνεκρίθησαν ὑπὸ τῆς Γερουσίας, ἂν καὶ αὕτη εἶναι πεπεισμένη, ὅτι ὅσα ἐνήργησαν οὗτοι, ἐνήργησαν ἐν τῇ πεποιθήσει ὅτι καλῶς ἔπραξαν. Ἕνεκα τούτου ἀνακαλοῦνται ἐν ὅλῳ οἱ ἐπιβληθέντες δασμοὶ καὶ τίθενται ἐν ἐνεργείᾳ τοῦ λοιποῦ ὅσα κατωτέρω καθορίζονται.

1ον Οἱ ξένοι, οἵτινες πρότερον ἐπλήρωνον διὰ τὴν ἐμπορίαν 2% ἐπὶ τῶν ἐμπορευμάτων των, κατά τε τὴν εἰσαγωγὴν καὶ τὴν ἐξαγωγήν, θὰ πληρώνωσι τὰ δύο ταῦτα %, ὡς διετάχθη ἄλλοτε.

2ον Ὡσαύτως πάντες οἱ ὑπήκοοι, τόσον οἱ ἐκ Κρήτης, ὅσον καὶ οἱ ἐκ Βενετίας καὶ οἱ ἄλλοθεν, θὰ πληρώνωσι φόρον ἐμπορίου 1% ἐφ' ὅλων τῶν ἐμπορευμάτων, τῶν εἰσαγομένων καὶ ἐξαγομένων, ὡς ἀπεφασίσθη ἄλλοτε.

3ον Ἐπιβάλλεται δασμὸς ἐπὶ τοῦ ἐλαίου τοῦ εἰσαγομένου εἰς Κρήτην ἐν ἀναλογίᾳ γροσίων δύο ἀνὰ μέτρον.

4ον Ἐπιβάλλεται δασμὸς ἐπὶ τοῦ οἴνου τοῦ πωλουμένου λειανικῶς ἐν Κρήτῃ, 10%, ὡς ἀπεφασίσθη ἄλλοτε.

5ον Ὡσαύτως ἐπιβάλλεται δασμὸς ἐπὶ τοῦ Κρητικοῦ οἴνου, τοῦ ἐξαγομένου ἐκ Κρήτης καὶ ὅπου δήποτε μεταφερομένου, πλὴν τῆς Βενετίας, γροσίων δύο δι' ἕκαστον βιγόντσιον, ὡς ἄλλοτε ἀπεφασίσθη.

6ον Ἐπιβάλλεται προσέτι δασμὸς ἐπὶ τοῦ οἴνου Μονεμβασίας τοῦ ἐξαγομένου ἐκ Κρήτης πρὸς μεταφορὰν ὅπου δήποτε, πλὴν τῆς Βενετίας, γροσίων τριῶν δι' ἕκαστον βιγόντσιον**, ὡς προϋπῆρχεν.

7ον Ἐπιβάλλεται δασμὸς ἐπὶ τοῦ τυροῦ, τοῦ μεταφερομένου ἐκ Κρήτης ὅπου δήποτε, πλὴν τῆς Βενετίας, ὑπερπύρου ἑνὸς κατὰ χιλιάδα, ὡς ἄλλοτε διετάχθη.

8ον Ἐπιβάλλεται δασμὸς ἐπὶ τοῦ σιδήρου, τοῦ ἐξαγομένου ἐκ Κρήτης καὶ μεταφερομένου εἰς ἄλλο μέρος, πλὴν τῆς Βενετίας, ὑπερπύρου ἑνὸς δι' ἑκάστην χιλιάδα, ὡς ἄλλοτε ἐπεβλήθη.

9ον Ἐπίσης ἐπιβάλλεται δασμὸς ἐπὶ τῶν ὑφασμάτων τῶν εἰσαγομένων ἐν Κρήτῃ ὅθεν δήποτε, 1% ἐπὶ τῆς ἀξίας αὐτῶν, ὡς ἐπεβλήθη ἄλλοτε.

---

* Ἐδημοσιεύθη ὑπὸ Σ. Θεοτόκη ἐν Ἐπετηρίδι Ἑταιρείας Βυζαντινῶν σπουδῶν. Ἔτος Η΄. 1931. σ. 206 κ.ἑ.

** Bigontio=κάδος ξύλινος πρὸς καταμέτρησιν οἴνου καὶ σταφυλῶν. Εἶναι καὶ σήμερον ἐν χρήσει κατὰ τὸν τρυγητόν, μὴ χρησιμοποιούμενος ὅμως ὡς μέτρον.

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

10ον Ἐπιβάλλεται δασμὸς ἐπὶ τοῦ εἰσαγομένου ἐν Κρήτῃ σιδήρου, ὑπερπύρου ἑνὸς ἀνὰ χιλιάδα.

11ον Ἐπίσης ἐπιβάλλεται δασμὸς ἐπὶ τῶν ἐμπορευμάτων καὶ τῶν βυτίων ἐν γένει ἐκ γροσίων 18 δι' ἑκάστην ἑκατοντάδα κατά τε τὴν εἰσαγωγὴν καὶ τὴν ἐξαγωγήν. Ἐπὶ δὲ τῆς ξυλείας γροσίων 16.

12ον Ἐπιβάλλεται ἐπίσης δασμὸς δι' ἄλλα ἐμπορεύματα, ἐπὶ τῶν ὁποίων ἐπληρώνετο δασμὸς δύο ὑπερπύρων δι' ἑκάστην ἑκατοντάδα. Τὰ ἐμπορεύματα ταῦτα εἰσαγόμενα εἰς Κρήτην ἐπιβαρύνονται μόνον δι' ἑνὸς ὑπερπύρου δι' ἑκάστην ἑκατοντάδα ὡς ἄλλοτε διετάχθη.

13ον Ἐπίσης ἐπιβάλλεται δασμὸς ἐπὶ τῶν κατειργασμένων δορῶν καὶ δερμάτων. Δι' ἕκαστον ἀκέραιον κατειργασμένον δέρμα* θὰ πληρώνωνται μικρὰ 8, ἐξ ὧν θὰ λαμβάνωσι τρία οἱ σφραγισταί, τὰ δὲ ὑπόλοιπα θὰ εἶναι ὑπὲρ τῆς κοινότητος. Δι' ἑκάστην δὲ δορὰν** κατειργασμένην θὰ πληρώνωνται μικρὰ τρία, ἐξ ὧν τὸ ἕν θὰ λαμβάνωσιν οἱ σφραγισταί.

14ον Ἐπιβάλλεται ὡσαύτως φορολογία εἰς τοὺς μεσίτας, καὶ ἀντὶ τῶν 3 γροσίων ἀνὰ ἑκατὸν ὑπέρπυρα, τὰ ὁποῖα ἤδη λαμβάνουσι παρὰ τοῦ πωλητοῦ καὶ ἄλλα τόσα παρὰ τοῦ ἀγοραστοῦ, θὰ λαμβάνωσιν εἰς τὸ ἑξῆς γρόσια 4 παρ' ἑκάστου τῶν μερῶν. Τοῦ ἐπὶ πλέον τούτου οἱ μεσῖται οὐδὲν δικαιοῦνται.

15ον Ἐπίσης ἐπιβάλλεται δασμὸς ἐφ' ὅλων τῶν ἁλιπάστων ἰχθύων, τοῦ τυροῦ, τῆς μυζήθρας, τῶν πωλουμένων λειανικῶς, πλὴν τῶν ἤδη καταβαλλομένων, μικρῶν*.* τεσσάρων δι' ἕκαστον ὑπέρπυρον, συμπεριλαμβανομένων ἐν τῷ δασμῷ τούτῳ τῶν κατεψυγμένων ἰχθύων καὶ τῶν παρεσκευασμένων εἰς ὄξος (ἴσως μαρινάτων).

16ον Διατάσσεται ἐπὶ πλέον, ὅτι ἕκαστον πλοῖον χωρητικότητος μέχρις 100.000 ὀφείλει νὰ πληρώνῃ δικαίωμα καταρτίου** ὑπέρπυρον ἕν, ἀνωτέρας δὲ χωρητικότητος ἐπίσης ὑπέρπυρον ἓν ἀνὰ ἑκάστην ἑκατοντάδα χιλιάδων λιτρῶν, ἐὰν δὲ ἡ χωρητικότης εἶναι ἀνωτέρα εἰς κλάσμα τῶν 100.000, τότε ἡ φορολογία εἶναι ἀνάλογος, τιθεμένης ὡς βάσεως τοῦ ἑνὸς ὑπερπύρου ἀνὰ ἑκάστην ἑκατοντάδα χιλιάδων. Τὸ δικαίωμα καταρτίου ἀφορᾷ τὰ πλοῖα, τὰ ὁποῖα φορτώνουσι καὶ ἐκφορτώνουσιν εἰς τὸν κατεστραμμένον λιμένα τοῦ Χάνδακος. Εἰς τὰ πλοῖα ταῦτα δὲν συμπεριλαμβάνονται τὰ ἀκτοπλοοῦντα τὴν νῆσον Κρήτην, χωρητικότητος περίπου εἴκοσι χιλιάδων. Ἐὰν ὅμως ἡ χωρητικότης καὶ τούτων εἶναι 100.000 καὶ ἄνω, θὰ πληρώνωσιν ἀναλόγως τῶν ἄλλων πλοίων. Εἰς τὴν φορολογίαν ταύτην δὲν συμπεριλαμβάνονται τὰ δῶρα πρὸς τὴν διοίκησιν Κρήτης καὶ τοὺς ὑπαλλήλους αὐτῆς.

17ον Πάντες οἱ ἀνωτέρω δασμοὶ θὰ εἶναι ἀπαιτητοὶ ἐπὶ διετίαν καὶ πλέον, ἐφ' ὅσον δὲν καταργοῦνται. Μέχρι λήξεως τῆς διετίας ὅμως δὲν δύνανται νὰ καταργηθῶσι, νὰ μειωθῶσιν ἢ νὰ μεταβληθῶσιν ἐπὶ ποινῇ λιτρῶν 500 δι' ἕκαστον σύμβουλον, πρόεδρον, σοφὸν ἢ ἄλλον προτείνοντα ἢ ἀποδεχόμενον. 1363, Ἰουνίου 8.

Datia Crete.

Fo 16to Millesimo trecentesimo LXIII. Indictionis primae, die octauo mensis Junij. Capta. Intellectis et examinatis datijs nuper impositis per ducham et consiliarios Crete, et litteris suis missis super dicto facto; uadit pars quod respondeatur eis, quod intelleximus seriatim omnia gesta per eos, tam de datijs impositis, quam prouisionibus ordinatis, quibus plene, intellectis, licet certi simus, quod id

* Corio=cuoio Ἰτ. cuir Γαλλ.
** Pellis=δορά, δέρμα μετὰ μαλλίου.
. Parvum=μικρόν, εἶναι τὸ ἑκατοστὸν τοῦ ὑπερπύρου.
** Λιμενικὸν δικαίωμα ἀνάλογον πρὸς τὸ τῆς ἀγκυροβολίας.

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

quod fecerunt; fecerunt in bonam partem, credentes bene fecisse, tamen quia habita examinatione, super laborerijs fiendis, terminatis per eos et tenendis in ordinem et contio, apparuit nobis aliter prouidere. Propterea pro bono dictorum laboreriorum reuocauimus et reuocamus in totum datia imposita per eos que intendimus exigi et obseruari, decetero ut inferius continetur.

Uidelicet:

1. Quod forenses qui prius, soluebant de comercio, duo pro centenario de mercibus suis, ad introitum et exitum, debeant soluere ipsa duo sicut fuit alias ordinatum.

2. Item quod omnes fideles, tam de Creta quam de Venetia et aliunde, soluant comercium in Creta unum pro centenario de omnibus mercationibus, quas extrahent de Creta, et illuc conducent undecumque, sicut alias captum fuit.

3. Quod imponatur datium oleo, quod conducetur Candidam, ad rationem grossorum duorum pro quolibet metro.

4. Insuper imponatur dacium, uino quod uendetur ad spinam in Cretam, uidelicet quod, sicut tempore guerre soluebantur XX pro centenario. Ita soluantur solum X sicut alias fuit ordinatum.

5. Item imponatur datium uino Cretensi, quod extrahetur de Creta, pro portando in omnem partem excepto Venetias, de grossis duobus pro bigontio sicut fuit captum alias.

6. Quod imponatur etiam dacium uino Monauaxie, quod extrahetur de Creta, pro portando in omnem partem, excepto Venetias, de grossis tribus pro bigontio, sicut erat alias.

7. Item imponatur datium caseo qui de Creta portabitur, in omnem partem, excepto Venetias, de yperpero uno pro miliario, sicut alias fuit ordinatum.

8. Quod imponatur etiam datium ferro, quod extrahetur de Creta et portabitur alio quam Venetias de yperpero uno pro miliario sicut fuit alias impositum.

9. Item imponatur datium pannis qui conducentur in Cretam unicuique, de una pro centenario ualoris ipsorum, sicut impositum fuit alias.

10. Quod imponatur dacium ferro quo conducetur in Cretam de yperpero uno pro miliari.

11. Item imponatur dacium merzarijs et botaminibus, de grossis XVIII pro centenario ad introitum et exitum, lignaminibus uero de grossis XVI pro centenario sicut scribunt duca et consiliarij Crete.

12. Item imponatur datium alijs mercationibus de quibus soluebatur datium de yperpera duobus pro centenario, que mercationes conducantur in Cretam, solum de yperpero uno ualoris earum, sicut fuit alias ordinatum.

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

13. Item imponatur dacium pelamina aptato et corijs quod pro quolibet corio integro, soluantur parui VIII de quibus bulatores habeant paruos tres et alia sint communis. Quod pro qualibet pellis aptata, soluantur parui tres, de quibus bulatores habeant unum.

14. Item imponatur datium misetarijs quod sicut, ad presens soluuntur, grossi tres, per uenditorem et totidem per emptorem pro centenario yperperum ita soluantur grossi quatuor, pro qualibet parte, et de hac additione sensarij nil habere debeant.

15. Item imponatur dacium, omnibus piscibus salitis, caseo et recocta, que uendentur ad minutum, quod ultra datium, quod soluitur ad presens, pro eis, debeant solui, parui quatuor, pro quolibet yperpero, intelligendo in dicto datio, pisces geladie (?) et asatij (=assatij?) in aceto.

16. Ordinatur insuper, quod quodlibet nauigium portate usque centum miliariorum, soluere debeat, pro arboragio yperperum unum, et a centum miliariorum supra, soluere debeat yperperum unum, pro quolibet centenario miliariorum. Et si a centum miliariorum superius esset differentia de quantitate que non iungeret ad centenaria, soluere debeat per ratam sue portate, intelligendo semper quod quodlibet nauigium, portate a centum miliariorum infra, soluere debeat unum yperperum pro quolibet. Predicta autem nauigia que debent soluere dicta arboragia, intelligantur illa que per portus distructus regiminis Crete, caricabunt uel discaricabunt aliquid. Non intelligendo in hijs barchas que nauigabuntur per riperiam dicte insule Crete, que sint de portata miliariorum XX uel inde infra, et si fuerint inde supra, soluant per ratam aliorum nauigiorum ut dictum est. Reseruatis tamen regalijs reginimis Crete et offitialium suorum.

17. Et omnia predicta datia, exigantur et durent per duos annos et tantum plus, donec fuerint reuocata. Sed usque ad terminum duorum annorum predictorum, non possint in aliquo reuocari, diminui uel mutari, sub pena librarum V centum pro quolibet consiliario, capita, sapienti uel alio ponenti, uel consencienti partem in contrarium—46—de non 1. non sinceri 7.

2

Πρὸς εἴσπραξιν τῶν ἀνωτέρω δασμῶν καὶ φόρων θὰ ἐκλεγῶσιν ἐν τῷ Μ. Συμβουλίῳ, ὡς συνήθως, τρεῖς κομερκλάριοι ἐν Κρήτῃ, ἐπὶ τοῖς καθοριζομένοις ὅροις καὶ μισθῷ. Οἱ κομερκλάριοι οὗτοι θὰ συμμορφῶνται πρὸς τὰς προγενεστέρας ὁδηγίας. Πλὴν τούτων ἀποφασίζεται, ὅπως τοῦ λοιποῦ ἐξ ὅλων τῶν εἰσπραττομένων προστίμων, οἱ κομερκλάριοι λαμβάνωσι μόνον τὸ τέταρτον. 1363, Ἰουνίου 8.

F° 16to Capta. Quod ut datia et impositiones predicte exigantur cum effectum, elligantur in maiori consilio, per modum solitum, tres comerclarij in Cretam cum

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

salario et conditionibus solitis. Quibus comerclarijs comittantur integraliter, omnia que primo, erant sibi commissa; et ultra illa, ex nunc sit captum pro bono communis, quod de omnibus penis eis spectantibus, quas exigent, habeant quartum. Et quia unus comerclarius, fuit alias factus per gratiam per quatuor annos qui complebit cito, fiant pro modo duo comerclarij, et cum ille compleuerit, fiet tertius cum conditionibus aliorum. Et non possint dicti comerclarij fieri per gratiam ullo modo, uel aliquis eorum, sub pena librarum CC pro quolibet ponente, uel consenciente partem in contrariam, et si consilium est contra reuocatur.

3

Οὐδὲν ὀφφίκιον, καστελλανίας, δικαστικόν, γραφέως, ἢ ὠφέλεια δίδεται ἐν Κρήτῃ πλέον τῶν δύο ἐτῶν, λόγῳ χάριτος ἢ ἄλλως, εἴτε ἐν Βενετίᾳ, εἴτε ἐν Κρήτῃ ὑπὸ τῆς διοικήσεως Κρήτης. 1363, Ἰουνίου 8.

Fo 17r Millesimo trecentesimo LXIII. Indictionis prima die octauo Junij.

Capta. Quia in dando offitia, iudicatus, scribanias et castellanias insule Crete non seruatur equalitas nec ordo factus super hoc per quam medietas, deberet dari, de hinc, et alia medietas de inde, ymo dominatio continue, decipitur, quod non est bene factum, et necessario conueniat corrigi dictum erorem; uadit pars, quod nullum offitium, castellania, judicatus, scribania, uel beneficium insule Crete possit dari ultra quam per duos annos per gratiam uel aliter ullo modo, in Venetias, nec in Cretam, per regimina Crete, sub pena librarum ducentarum pro quolibet ponente uel consenciente partem in contrarium, saluo semper et reseruato consilio loquente, de offitijs et regiminibus, que fuint in nostro maiori consilio, que non possunt dari, per gratiam nisi per unum annum, sub pena ordinata. Et ut equaliter negotia procedant et seruentur ordines, non possit ullo modo, dari, per gratiam in Venetias, de medietate spectante regimini Crete, alicui persone, uel aliter ullo modo concedi, sub pena predicta librarum CC pro quolibet ponente uel consentiente partem in contrarium uerum si dominatio et consilia terre, aliquo casu deciperentur, ita puod contrafieret predictis, uel alicui eorum, sint tales gratie nullius efficatie uel ualoris et non obseruentur, per regimina Crete ut est justum et si consilium etc. Omnes.

4

Ἀπόντα τὸν δοῦκα Κρήτης ἀντικαθιστᾷ ὁ πρεσβύτερος τῶν συμβούλων λαμβάνων τὸν τίτλον τοῦ ἀντιδουκὸς μὲ μισθὸν συμβούλου καὶ δῶρα δουκός. Ὡς ἀντικαταστάτης δὲ τοῦ πρεσβυτέρου συμβούλου ὁρίζεται εἷς τῶν ταμιῶν Κρήτης διὰ κλήρου. 1363, Ἰουνίου 8.

Fo 17r Capta. Quia deficiente ducha Crete, aliquo casu, regimine remanet totum, duobus consiliarijs, quod est cum sinistro multarum personarum, et bonum sit

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

aliquem ordinem imponere super hoc; uadit pars quod deficiente ducha Crete, aliquo casu, maior consiliarius remaneat loco duche, et uocetur uice ducha, habendo salarium consiliarij, sed regalias, in illo tempore, recipiat sicut reciperet ducha. Et loco dicti maiori consiliarij, intret per texeras, unus de camerariorum Crete, donec regimine erit sine ducha. Et si consilium etc.

5

Οἱ δικηγόροι τῆς κοινότητος, ὅπως εἶναι ἀρεστοὶ εἰς τὸν δοῦκα καὶ συμβούλους, καθὼς ὁ δοὺξ καὶ οἱ σύμβουλοι εἰς τοὺς δικηγόρους τῆς κοινότητος, καταδικάζουσι ἄλλους. Παρὰ τῶν καταδικαζομένων, ὡς γνωστόν, οἱ δικηγόροι οὗτοι λαμβάνουσι μερίδιον. Πρὸς ἀποτροπὴν τῆς καταχρήσεως ταύτης δὲν παρέχεται συγγνώμη συγγενείας εἰς τοὺς δικηγόρους τῆς κοινότητος καὶ εἰς τὸν δοῦκα καὶ τοὺς συμβούλους. 1363, Ἰουνίου 8.

F°17r Quod aduocatores communis Candide qui continue placitant coram ducham et consiliarijs, qui ducha et consiliarij per placitare, dictorum aduocatorum, condempnant alios, de quibus condempnatis ipsi aduocatores, habeant partem, ut est notum, pro omni respectu boni non possint esse propinqui duche et consiliarijs Crete, ita quod exirent pro eis de consilio per ordines nostros.

6

Περὶ εἰσπράξεως καὶ ἐξασφαλίσεως τῶν εἰσπραττομένων ὑπὸ τῶν ταμιῶν ἔκ τε τῶν κοινοτικῶν κτημάτων καὶ τῶν προστίμων. Θεσπίζεται ὅτι τοῦ λοιποῦ ἀπαγορεύεται ὁ διορισμὸς ταμιῶν, λόγῳ χάριτος, ὅστις θὰ ἐνεργῆται κατόπιν ἐκλογῆς ὑπὸ τοῦ Μείζ. Συμβουλίου Βενετίας. Τὰ δὲ χρήματα φυλάσσονται ἐντὸς χρηματοκιβωτίου μετὰ τεσσάρων κλειδῶν. 1363, Ἰουνίου 8.

F°17r Capta. Quia multa quantitas pecunie, est exigenda per camerarios Crete, tam de bonis communis, quam de condempnationibus. Et sicut est notum multociens, illi qui debent soluere permitunt se cadere, et non soluant quia non habetur diligens cura, super hoc; uadit pars ut camerarij predicti sint soliciti ad exigendum capitalia et penas, quod habeant tertium de penis quas exigent, et pro omni respectu boni, ordinetur etiam, quod omnes denarij, qui quomodocumque exigentur et quacumque causa per eos, ponantur in una cassa cum quatuor clauibus diuersis, ita quod quilibet habeat unam. Uerum pro bono communis non possint decetero dicti camerarij Crete, uel aliquis eorum fieri per gratiam, ullo modo, sub pena librarum cc pro quolibet ponente, uel consetiente partem in contrarium, sed fiant per ellectiones in nostro maiori consilio, sicut fieri debet.

7

Περὶ ἐπισκευῆς τῶν φρουρίων Βονιφατίου καὶ Μπελβεντέρ. 1363, Ἰουνίου 8.

F°17r Capta. Quia castra Bonifatij et Belueder uadunt in magnam desolationem et egent reparari; uadit pars quod mandetur et scribatur duche et consiliarijs

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

Crete, quod fatiant dicta castra reparari, et reduci in termino, quod stent cum securitate, faciendo fieri quam minores expensis poterunt de bonis nostri communis. 4

8

Περὶ διορισμοῦ 45 σεργεντῶν πρὸς φρούρησιν τοῦ Χάνδακος ἀντὶ τῶν ἓξ, τοῦ λοιποῦ οἱ κάτοικοι οὐδεμίαν θὰ ἔχωσιν ὑποχρέωσιν φρουρήσεως, πλὴν ἐν περιπτώσει κινδύνου. Ἡ μισθοδοσία τῶν σεργεντῶν τούτων θὰ βαρύνῃ πάντας τοὺς πολίτας. 1363, Ἰουνίου 8.

Fo 17to Capta. Cum multe extorsiones continue fiant illis qui habitant in burgo Candide, occasione custodiarum, que sunt causa faciendi multos recedere et ire habitatum alibi, et bonum sit prouidere super hoc, ut detur causa, quod burgus sit bene habitatus; uadit pars quod sicut in dicto burgo sunt sex sergentes ad custodiam, qui habeant yperpera duo in mense pro quolibet; ita sint et accipiantur sergentes quadraginta quinque computatis, in hijs dictis sex qui omnes sint, cum dicto pretio pro quolibet eorum, et cum ista conditione uidelicet, quod ex nunc sit captum, pro bono dicti burgi quod omnes habitatores dicti loci, sint absoluti, a custodijs fiendis decetero saluo casu maxime necessitatis, uerum teneantur soluere inter eos, pretium uel soldum dictorum sergentorum, et mandetur duche et consiliarijs Crete, quod pro adimplenda intentione predicta, obseruent, illos modos et ordines qui sibi uidebuntur, ita quod nullus habeat causam querelle, et quod commune nostrum, occasione predicta, nullla onera sentiat uel expensis. 1 5 10 13

9

Περὶ δημοπρασίας τῶν τεσσάρων φυλακῶν, τὸ προϊὸν τῆς ὁποίας εἰσέρχεται εἰς τὸ ταμεῖον τῆς κοινότητος. 1363, Ἰουνίου 8.

Fo 17to Capta. Quod mandetur duche et consiliarijs Crete presentibus et futuris, quod carceres quatuor qui sunt ibi, faciant decetero incantari cum illo ordine, modo et conditionibus tam in facto plezariarum, quam aliter, qui eis uidebuntur, pro bono nostri communis, et illa pecunia, que ex inde habebitur ueniat in commune. 1 4

10

Δυνάμει τῆς παραχωρήσεως τῆς Κρήτης εἰς τιμαριούχους, οὗτοι εἶχον τὴν ὑποχρέωσιν νὰ ὑπερασπίζωσι καὶ φρουρῶσι τὴν νῆσον. Πρὸς φρούρησιν τῶν Τούρκων διορίζονται καπετάνοι ἀμειβόμενοι ὑπὸ τῆς κοινότητος. Διατάσσονται ὁ δοὺξ καὶ οἱ σύμβουλοι, ὅπως αἱ φρουρήσεις τηρῶνται κατὰ τρόπον ἰσότητος. 1363, Ἰουνίου 8.

Fo 17to Capta. Cum pheudati Candide, teneantur per formam concessionis deffendere, guarentare et custodire insulam. Et pro custodia Turchorum, fiant aliqua capita, uel capitanei, cum salario yperperorum XIIII in mense, uel circa, que pecunia, soluitur per nostrum commune, quod non est conueniens; uadit pars quod dece- 1

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

tero dicte expenses, et custodie, fiant per feudatos, ita quod nostrum commune, nullas propterea paciatur expensas. Et mandetur duche et consiliarijs Crete quod ut dicte custodie fiant cum dicta conditione, teneant illos modos, qui eis meliores uidebuntur, pro seruanda equalitate.

11

Διατάσσονται ὁ δοὺξ καὶ οἱ σύμβουλοι, ὅπως ἅπαξ κατὰ τὸ διάστημα τῆς ὑπηρεσίας των ἐκτελῶσι γενικὴν ἐπιθεώρησιν τῶν τιμαριούχων Κρήτης εἰς ὡρισμένον μέρος. Ἐπίσης ὅπως κατὰ τὸ διάστημα τῆς ὑπηρεσίας των ἐκτελῶνται ἕτεραι πέντε ἐπιθεωρήσεις τοπικαί. Διὰ τοῦ τρόπου τούτου δὲν αὐξάνονται αἱ ἐπιθεωρήσεις καὶ τηρεῖται καλυτέρα μέθοδος πρὸς φρούρησιν τῆς νήσου. 1363, Ἰουνίου 8.

Fo 17to Capta. Quod pro maiori securitate insule nostre Crete, et ut quilibet obseruet, id quod tenetur, de cetero teneantur ducha et consiliarij Crete, qui pro tempore fuerint, semel tempore sui regiminis, facere fieri, monstram generalem, per feudatos Crete, que monstra computerur in loco unius, de monstris uarnitionum, quas tenentur monstrare, ita quod fiant solum quinque monstre de suis uarnitionibus, in duobus annis, et una generalis, ut est dictum. Nam in isto modo, non augentur monstre et tenetur modus optimus pro securitate insule.

12

Ἐπειδὴ θεωρεῖται ἐπικίνδυνος διὰ τὴν Κρήτην ὁ πολλαπλασιασμὸς τῶν Τούρκων, οἵτινες κομίζονται σκλάβοι εἰς τὴν νῆσον ὡς Ἕλληνες, διατάσσονται οἱ ρέκτορες ὅπως διπλασιάσωσι τὸ πρόστιμον τῶν 25 ὑπερπύρων εἰς 50 κατὰ τῶν ἐξαπατούντων κομιστῶν σκλάβων. 1363, Ἰουνίου 8.

Fo 17to Capta. Quia est periculosum multiplicare Turchorum, qui ducuntur sclaui in insula Crete, et uenduntur, reputando ipsos Grecos, ordinetur quod sicut nostri rectores, per forman suarum commissionum tenentur accipere cuilibet conducendi uel contrafaciendi yperpera XXV ita teneantur accipere, predictis yperpera L, quorum quartum sit rectorum, qui inquirant examinabunt et condempnabunt, quartum accusatorum, per quos sciatur ueritas, et reliquum sit communis, et si non fuerit accusator tres partes ueniant in commune.

13

Διατάσσεται ἡ ἐπιθεώρησις ἅπαξ τοῦ μηνὸς ὑπὸ τοῦ δουκὸς καὶ τῶν συμβούλων προσωπικῶς τῶν ὅπλων, ἐξαρτημάτων καὶ ἄλλων εἰδῶν τοῦ ναυστάθμου. Κατὰ τὴν ἐνεργουμένην ἐπιθεώρησιν θὰ ἐλέγχωσι πάντα τὰ ἀντικείμενα κρατοῦντες τὸ βιβλίον ὑλικοῦ. Ὅσα δὲ ἤθελον κριθῆ ὄχι ἀναγκαῖα νὰ πωλῶνται ἢ νὰ ἀποστέλλωνται εἰς Βενετίαν. 1363, Ἰουνίου 8.

Fo 18r Capta. Quia commune nostrum, continue pacitur multas et infinitas expensas, de armis, et corredis galearum, que continue mittuntur in Cretam, in maxima quantitate, quia non tenentur in contio, sed deuastantur et accipiuntur, cum damno communis; uadit pars quod mandetur duche et consiliarijs et addatur

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

in commissione aliorum, quod semel omni mense teneantur et debeant omnino ire personaliter et uidere et examinare, omnia arma, correda, et bona arsenatus, tenendo modum, quod ipsa arma et coreda ac bona, teneantur in ordine et non deuastentur uel malo modo accipiantur, cum damno communis et habendo continue apud se unum quaternum in quo sint omnia predicta ordinate scripta, et cum non erunt amplius opportuna faciant ipsa uendi, uel mitti Venetias, sicut eis utilius uidebitur pro nostro communi. Insuper, ut continue numerus possit bene uideri comittatur comerclarijs Crete, quod unus eorum continue omni mense teneatur et debeat ire simul cum ducha et consiliarijs predictis, ad uidendum de armis et corredis predictis. Habendo etiam unum alium quaternum in quo sint scripta, omnia arma et bona predicta pro maiori fauore communis.

14

Ἐπειδὴ δίδονται χρήματα εἰς τοὺς θέλοντας νὰ φέρωσιν ἵππους ἐν Κρήτῃ ὑπό τινας ὅρους, καὶ ἐπειδὴ πολλοὶ δὲν ἐτήρησαν τοὺς ὅρους τούτους καὶ τὰς συμφωνίας, δὲν ζητοῦνται δὲ εὐθῦναι παρ' αὐτῶν, οὔτε ἡ ἀπόδοσις τῶν χρημάτων, οὔτε ἐπιβάλλονται αἱ προβλεπόμεναι ποιναὶ πρὸς βλάβην τῆς κοινότητος. Διὰ ταῦτα διατάσσονται ὁ δοὺξ καὶ οἱ σύμβουλοι, ὅπως ἐντὸς τῶν καθοριζομένων προθεσμιῶν ἀπαιτῶσι τὴν ἐξόφλησιν τοῦ χρέους τοῦ προκύπτοντος ἐκ προκαταβολῆς πρὸς ἀγορὰν ἵππων ἐκτὸς τῆς Κρήτης, πλὴν ἐξαιρετικῶν περιπτώσεων. 1363, Ἰουνίου 8.

Fo 18r Capta. Quia per ducham et consiliarios Crete, sicut est manifestum, datur bona quantitas pecunie, uolentibus conducere equos in Cretam cum certis pactis et promissionibus, et sicut habetur fuerunt et sunt multi, qui non attenderunt promissa, nec attendent in posterum nisi prouideatur equibus non exigitur capitale, nec pena, ad quam cadunt, que omnia occurunt deffectum regiminis Crete, et bonum sit mentem apponere super hoc; uadit pars quod de cetero ducha et consiliarij nullo modo uel forma, possint facere, uel fieri facere, terminum, uel elongationem aliquam, in predictis, uel aliquo predictorum, ideo in quo tenebuntur, sed sint soliciti facere exigi ab eis debita cum integritale ita quod nostrum commune recipiat dictum suum, saluis semper causis exceptatis, deinde per pacta et ordines, qui integraliter obseruentur.

15

Διατάσσεται ὁ δοὺξ καὶ οἱ σύμβουλοι καὶ οἱ ρέκτορες Κρήτης, ὅπως ἐξετάσωσι τοὺς δουλοπαροίκους καὶ ἀναγκάζωσιν αὐτοὺς νὰ τελῶσι τὸ ναγκράτι. 1363, Ἰουνίου 8.

Fo 18r Capta. Cum nostrum commune, de uillanis suis insule Crete male recipiat drictum suum et utile sit quod super hoc, remedium apponatur; uadit pars quod comittatur, duche et consiliarijs Crete, presentibus et futuris, et alijs rectoribus insule Crete, presentibus et futuris, quod de ipsis uillanis faciant bonam et dili-

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

gentem examinationem, ita quod commune nostrum, non perdat iura sua, et semel tempore, suorum regiminum, teneantur penitus facere fieri el nagratti. Uerum ut commune nostrum propterea non grauetur expensis, teneantur rectores, Canee, Rethimi, Sithie facere hoc, tempore quo uadunt ad circhandum castra. Regimine uero Crete, mittat duos de camerarijs tantum et non alios, ullo modo, cum quam minoribus expensis fieri poterit pro bono communis, ad faciendum nagratti predictum.

16

Οἱ ρέκτορες Χανίων καὶ Ρεθύμνου ὑποχρεοῦνται νὰ τελῶσι κατὰ τὸ διάστημα τῆς ὑπηρεσίας των μίαν τοὐλάχιστον γενικὴν ἐπιθεώρησιν τῶν τιμαριούχων. Εἰς ὅσους δὲ δὲν ἔχουσι νὰ ἐπιδείξωσι τὰς τιμαριωτικάς των ὑποχρεώσεις νὰ ἐπιβάλλωσι ποινάς. 1363, Ἰουνίου 8.

Fo 18r Capta. Quod pro bono et securitate, locorum Canee et Rethimi teneantur rectores dictorum locorum, presentes et futuri decetero, semel ad minus tempore suorum regiminum, facere fieri monstram generalem, per feudatos deinde de suis uarnitionibus, fatiendo omnes monstrare diligenter et bene et ab omnibus qui non monstrauerint et seruauerint, ut tenentur, exigant penas, et nichilhominus faciant et ordinent quod se fulciant ut tenentur.

17

Διατάσσονται οἱ ρέκτορες Χανίων, ὅπως προσπαθήσωσι νὰ αὐξηθῶσιν οἱ πόροι τοῦ ταμείου ἀγορᾶς ἵππων ἐκ Τουρκίας, τὸ ὁποῖον νῦν ἀποδίδει μόνον 500 ὑπέρπυρα ἐτησίως. 1363, Ἰουνίου 18.

Fo 18to Millesimo trecentesimo LXIII. Indictione prima, die octauo Junij.

Capta. Cum per feudatos Canee fiat certum depositum, ad summam yperperorum V centum in anno, que yperpera incantantur pro mittendo acceptum equos de Turchia, et sicut notum est dicta pecunia non est sufficiens, ita quod pro bono feudatorum, utile est prouidere super hoc; uadit pars, quod mandetur, rectoribus Canee, quod procurent et faciant totum posse suum, quod dictum depositum augeatur et multiplicetur per ipsos feudatos, usque yperpera mille, ut de equis possint se bene fulcire, ita quod ipsum depositum sit ad minus pro decem annis, sicut fuit depositum yperperorum V centum quando factum fuit.

18

Νὰ ἐκλεγῶσι δύο εὐγενεῖς ἔμποροι, ὄχι Κρῆτες, οἵτινες μεταβαίνοντες ὁ μὲν εἰς Χάνδακα ὁ δὲ εἰς Χανιὰ καὶ τὰ ἄλλα μέρη τῆς νήσου, νὰ ἐξετάσωσιν ἐπιμελῶς τὰ κτήματα τὰ ὁποῖα κατέχωνται ὑπὸ ἰδιωτῶν, ἀλλὰ δὲν ἀποδίδουσιν ὅσα ὤφειλον. Ἐπίσης νὰ ἐξετάσωσιν ἐὰν κτήματά τινα κατέχονται παρανόμως καὶ νὰ ἀποδώσωσι τὸ δίκαιον μετὰ τῶν ρεκτόρων. 1363, Ἰουνίου 18.

Fo 18to Capta. Quia multa terrena et loca nostri communis, ad bonos ualores inde-

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

bite tenentur et occupantur, per spetiales personas in partibus et insula Crete, de quibus commune nostrum non recipit quod sibi spectat et utile sit prouidere super hoc; uadit pars quod mandetur duche et consiliarijs Crete, quod recepto nostro presenti mandato quando eis melius et abilius uidebitur, elligere debeant, duos de nobilibus nostris mercatoribus deinde, ita quod aliquis ipsorum non sit de Creta, nec habitator Crete, nec habeat partem in terrenis uel possessiones deinde. Quibus duobus committant, quod unus ipsorum uadat Caneam et per alia loca insule, et alter in Candida, examinando diligenter de predictis terrenis, possessionibus et locis communis que occupantur ut dictum est, placita uero fiant hoc modo, uidelicet quod ille qui examinabit in Candida cum inuenerit aliquid occupari, de terrenis possessionibus uel locis communis, compareat coram duche et consiliarijs examinato facto et auditis partibus et iuribus earum, terminent et faciant per maiorem partem, id quod eis iustum uidebitur et secundum deum et equitatem, et similiter obseruetur de alio sotio, elligendo qui ibit Caneam, et per alia loca insule; uidelicet quod cum inuenerit, aliquid indebite teneri uel occupari de iuribus predictis communis, in Canea, compareat coram rectore Canee, si in Rethimo, coram rectore Rethimi et sic de alijs, seruando ordinem datum supra duche et consiliarijs Crete in facto examinandi, audiendi et terminandi. Et habeat quilibet dictorum duorum yperpera xx in mense pro suis expensis et ultra hoc v pro centenario de omnibus que placitauerint, ita quod ueniant in commune. Et teneantur dicti duo, habere et tenere duos equos pro quolibet et unum famulum et sint per sex menses, et tantum ultra quantum uidebitur regimini Crete fore necessarium pro bono communis, et si ante fuerint expediti sit cum gratia Dei.

19

Περὶ τοῦ τρόπου μεταφορᾶς εἰς Βενετίαν ἐμπορευμάτων ἐμπόρων μεταβαινόντων εἰς Κρήτην καὶ ναύλου καὶ κανονισμὸς διαμετακομίσεως τῶν ἐμπορευμάτων τούτων. 1363, Ἰουνίου 17.

F° 20t° Millesimo trecentesimo LXIII, die XVII mensis Junij. 1

Capta. Quod subueniatur mercatoribus nostris conuersantibus in partibus Crete secundum solitum, quod eorum mercationes subtiles quas presentauerint a prima die Septembris usque dies octo mensis Octubris duche et consiliarijs Crete, qui dictas mercationes poni faciant sub suo sigillo possint facere conduci Venetias cum nauigijs disarmatis, recedendo inde per totum dictum mensem. Uerum si galee Alexandrie in suo reditu irent in Cretam pro leuando de dictis mercibus subtilibus, ex nunc ordinetur quod de dictis mercationibus subtilibus solui debeat suum nabulum galeis Alexandrie per ratam, assignantibus patronis ipsarum galearum duche et consiliarijs Crete plazam siue locum in dictis galeis, ubi

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

debuissent poni merces predicte et in quanta quantitate, de qua plaza et loco et alijs que fecerint ipsi ducha et consiliarij, nos informent et si casus occurreret quod dicte mercationes subtiles conducerentur Venecias, ante aduentum galearum Alexandrie ordinetur exnunc quod dicte mercationes in nauibus uel nauigijs in quibus erunt debeant presentari extraordinarijs qui teneantur sub bonis clauibus et sigillo ipsas poni facere in magazenis et non assignare alicui mercatorum, quorum erunt, nisi qnatuor diebus post aduentum galearum Alexandrie. Et si quis contrafecerit cadat de L pro centenario ualoris mercationum in suis bonis proprijs et committatur extraordinarijs quod inquirant et penas exigant habendo partem ut de alijs sui officij. Omnes.

20

Πρεσβεία 'Αρμενίων 1363.
Πρεσβευτὴς ἀρχιεπίσκοπος 'Αρμενίων.

Περὶ ἐποικισμοῦ 2000 'Αρμενίων ἐν Κρήτῃ.

Ἀνανέωσις μισθώσεως οἰκοπέδου πρὸς τὸν Πέτρον Τζάνε διὰ τρίτην φορὰν ἐπὶ εἴκοσι ἐννέα ἔτη. Ὡς αἰτιολογία τῆς ἀνανεώσεως φέρεται ὅτι ὁ Τζάνες ἔκτισεν ἐπ' αὐτοῦ θόλους, ἀποθήκας καὶ οἰκίας. 1370, Μαΐου 13.

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

Fo 54to Millesimo trecentesimo LXX, die XIII Maij.

Capta in Rogatis et Zonta. Cum nobilis uir ser Petrus Zane ciuis noster exponat quod iam magno tempore ipse et sui habuerunt, uidelicet ad annos XXVIIII ad renouandum ad alios XXVIIII quoddam terrenum positum in burgo Candide, super quo fecerunt hedificare uoltas, sua magazena et domos, et nunc in proximum compleat terminus predictus; et propterea supplicet quod dignemur de gratia ipsum terrenum sibi confirmare pro pretio solito, scilicet yperpera octo in anno ad alios XXVIIII annos ad renonandum; uadit pars attenta iusta suplicatione sua secundum consilium sapientum Crete quod scribatur duche et consiliarijs Crete quod debeant ipsum terrenum de nouo dare dicto ser Petro Zane ad annos XXVIIII ad renouandum ad alios XXVIIII pro pretio solito de gratia speciali et si consilium etc.

17

Fo 54to Ἐπὶ αἰτήσεως Τζίνας τῆς πτωχῆς χήρας Ἀνδρέου De Malgarico. Ὁ σύζυγος αὐτῆς ἠγόρασε παρὰ τοῦ δημοσίου 1/2 τιμάριον (ἱππαρχίαν) ἐν Κερατέᾳ τῆς Κρήτης, ἀντὶ δουκάτων διακοσίων ἑνὸς ἐτησίως ἐπὶ μίαν δεκαετίαν. Μετὰ τὸν θάνατον τοῦ Ἀνδρέου ἡ χήρα αὐτοῦ ὡς ἐπίτροπος τοῦ τριετοῦς υἱοῦ της δὲν ἠδύνατο νὰ κρατήσῃ τὸ τιμάριον καὶ παρεχώρησε τοῦτο εἰς τὸν Φραγκῖσκον Μπόνον ἐκ Βενετίας, ζητοῦσα τὴν ἐξουσιοδότησιν τῆς κυριαρχίας. Οὗτος ἀνέλαβε νὰ καταβάλῃ ὀκτὼ δόσεις ἐκ 210 δουκάτων, τῆς πρώτης δόσεως καταβληθησομένης τὸν προσεχῆ Ὀκτώβριον. Ἕπεται ἡ βεβαίωσις τοῦ Μπόνου, ὅστις ἀναλαμβάνει τὴν ὑποχρέωσιν νὰ καταβάλῃ τὰς ὀκτὼ δόσεις, καὶ ἀκολουθεῖ ἡ γνωμάτευσις τοῦ δουκὸς Κρήτης Ἰωάννου Γραδόνικου, διὰ τῆς ὁποίας ἀναφέρει ὅτι ἡ Τζίνα σύζυγος τοῦ ποτὲ Ἀνδρεόλου De Malgarico ὑπέβαλεν αἴτησιν περὶ τριῶν σερβενταριῶν κειμένων εἰς τὰ χωρία Κερατέας καὶ Ριμαμπέλλας, πωληθεισῶν ὑπὸ τῆς δουκικῆς κυριαρχίας, πρὸς τὸν ἀνωτέρω Ἀνδριόλον, ἃς θέλει νὰ πωλήσῃ ἡ ἀνωτέρω χήρα εἰς τὸν Μπόνον. Ἐν συνεχείᾳ συνιστᾷ τὴν ἔγκρισιν τῆς παραχωρήσεως πρὸς τὸν Φραγκῖσκον Μπόνον, τὸν ὁποῖον ἐπίσης συνιστᾷ ὡς καλὸν καὶ ἀξιόχρεω.

Ἡ Γερουσία λαμβάνουσα ὑπ' ὄψει τὰ ἀνωτέρω ἐγκρίνει τὴν αἴτησιν τῆς Τζίνας. 1370, Μαΐου 14.

18

Περὶ ἀμπέλου τὴν ὁποίαν κατέλαβεν ὁ Γιάννης Κουτρούλης νόθος, λέγων ὅτι ἀνήκει εἰς τὴν κοινότητα, ἀλλὰ παρεχωρήθη εἰς αὐτὸν ὑπὸ τοῦ Βίκτωρος Πιζάνη Καστελλάνου Κορώνης καὶ Μεθώνης. Ἡ Γερουσία ἀποφαίνεται ὅτι ἡ ἄμπελος ἀνήκει εἰς τὴν ἐκκλησίαν, ὡς εἰσφορὰ τοῦ Ἀλβίζε Μώρου καὶ ὅτι ὁ Γιάννης Κουτρούλης κρατεῖ αὐτήν, ὡς ἀνοικοδομητὴς καὶ ὡς διαλαμβάνουσιν αἱ συμβάσεις του, οἱ δὲ καρποὶ ἀνήκουσιν κατὰ τὸ ἥμισυ μὲν εἰς τὸν ἐν λόγῳ Γιάννην, κατὰ δὲ τὸ ἕτερον ἥμισυ εἰς τὸν Νικόλαον Τσίκλην. 1370, Ἰουνίου 11.

Fo 60r Millesimo trecentesimo LXX, die XI Junij.

Capta. Super facto uinee quam occupauerat Janni Cutrullo spurius, asserens illum esse locum communis et quam sibi concessit nobilis uir Uictor Pisani castellanus Coroni et Mothoni, prout apparet in memoriali ad carta CCXXXI et

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

sub capitulo XL° uiso et discusso negotio diligenter ac loco oculata fide inspecto repertum et cognitum fuit euidenter quod proprietas dicti loci est Ecclesie, scilicet prebende domini Aluisij Moro et quod quidam pappa Janni Uarda fuit et est rehedificator et dabat medietatem fructus dicte uinee Nicole Cicli homini prebende dicti domini Aluisij uidetur castellanis Coroni et Mothoni et nobilibus uiris Andree Triuisano et Nicolao Uallaresso prouisoribus destinatis in Cretam et Coronum et Mothonum, et sic communiter consulunt et unanimiter. Et sic uadit pars quod proprietas dicti loci et uinee sit et esse debeat dicte Ecclesie seu dicte prebende et quod Janni Cutrullo jam dictus homo communis nostri teneat dictam uineam, tamquam rehedificator juxta continentiam suorum pactorum, et quod medietas fructus ipsius uinee sit dicti Janni et alia medietas antedicti Nicole Cicli.

19

Εὐκολίαι παρεχόμεναι εἰς τοὺς ἐμπόρους πρὸς μεταφορὰν τῶν ἐμπορευμάτων των ἐκ Κρήτης εἰς Βενετίαν καὶ διακανονισμὸς τοῦ τρόπου τῆς μεταφορᾶς εἰς Βενετίαν. 1370, Ἰουνίου 17.

F°61t° Millesimo trecentesimo LXX, die XVII Junij.

Capta. Quod juxta solitum subueniatur mercatoribus nostris conuersantibus in partibus Crete quod eorum mercationes subtiles quas presentauerint a die primo Septembris usque dies octo mensis Octubris proximi, duche et consiliarijs Crete, qui dictas mercationes poni faciant sub suis clauibus et sigillo, possint facere conduci Venecias, cum nauigijs disarmatis, recedendo inde per totum dictum mensem Octubris. Uerum si galee ibunt hoc anno in Alexandriam et in suo reditu irent in Cretam pro leuando de dictis mercationibus subtilibus, ex nunc ordinetur quod de dictis mercationibus subtilibus solui debeat suum nabulum galeis Alexandrie per ratam, assignantibus patronis dictarum galearum duche et consiliarijs Crete plazam siue locum in dictis galeis, ubi debuissent poni mercationes predicte et in quanta quantitate, de qua plaza siue loco, ipsi ducha et consiliarij et de alijs que fecerint nos informent. Et si casus occurreret quod dicte mercationes conducerentur Venecias ante aduentum dictarum galearum, ordinetur ex nunc quod grane statim dentur et assignentur mercatoribus quorum erunt, omnes uero alie mercationes in nauibus uel nauigijs in quibus erunt debeant presentari extraordinarijs, qui teneantur sub bonis clauibus et sigillo, ipsas poni facere in magazenis et non assignare alicui mercatorum quorum erunt, nisi quatuor diebus post aduentum galearum predictarum Venecias. Et siquis contrafecerit cadat de L pro centenario ualoris mercationum in suis bonis proprijs. Et committatur extraordinarijs quod inquirant de contrafacientibus et penas exigant habentes partem ut de alijs sui officij. In casu uero quo galea communis

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

iret cum dictis galeis Alexandrie, et dicte galee Alexandrie haberent suum plenum, tunc mercationes predicte soluant nabulum communi assignante dicta galea communis plazam, ut de galeis predictis superius dictum est. Et in casu quo galee non irent hoc anno in Alexandriam et irent galee in Ciprum, tunc obseruetur in galeis Cipri, prout de illis Alexandrie dictum est.

28 De parte alij—de non 2—non sinceri 3.

20

Fo 63r Εἰς τὸν Ἀντώνιον Κουερίνην ἀδελφὸν τοῦ Τζανάκη ἐκ Χάνδακος δίδεται θέσις ἱππέως εἰς Τρεβίζον διὰ τὰς πολλαπλᾶς ὑπηρεσίας τοῦ ἀδελφοῦ του. 1370, Ἰουνίου 29.

21

Fo 65r Ἐπιτρέπεται εἰς τὸν Βερτούτσιον Γραδενῖγον, παραιτηθέντα τοῦ ὀφφικίου τοῦ δικαστοῦ νυκτὸς ἐν Κρήτῃ, ὅπως ἐπανέλθῃ εἰς Βενετίαν διὰ σοβαρὰς ἐπιχειρήσεις καὶ ἐπιβῇ ἐφ' οἵου δήποτε κατέργου τοῦ δημοσίου, μεθ' ἑνὸς ὑπηρέτου καὶ ἐλαφρῶν ἀποσκευῶν, ἔστω καὶ ἂν ὁ διάδοχός του δὲν ἀφίκετο εἰς Κρήτην. 1370, Ἰουλίου 11.

22

Fo 66r Ἐπιτρέπεται εἰς τὸν Παῦλον Κουερίνην ρέκτορα Ρεθύμνου, ὡς ἐπετράπη εἰς τὸν δοῦκα καὶ συμβούλους Κρήτης καὶ εἰς τοὺς καστελλάνους Κορώνης καὶ Μεθώνης, νὰ ἐπιβῇ κατέργου τοῦ δημοσίου καὶ νὰ ἐπανέλθῃ εἰς Βενετίαν, οὐχὶ ὅμως διὰ κατέργου τῆς Ἀδριατικῆς. 1370, Ἰουλίου 18.

23

Fo 75r Λόγῳ τῆς σοβαρότητος τῶν ζητημάτων Κρήτης καὶ Συρίας, τὰ ὁποῖα ἀπαιτοῦσι μελέτην, νὰ ἐκλεγῶσι δύο ἀκόμη σοφοί, διότι ἐκ τῶν τριῶν ἤδη ἐκλεγέντων, ὁ μὲν Δάρδος Πολάνης ἐξελέγη προεστὼς Τρεβίζου, ὁ δὲ Πανταλέων Μπάρμπος μετέβη εἰς ἄλλην ὑπηρεσίαν καὶ ὁ ἀπομένων Φραγκῖσκος Μπάρμπος δὲν ἐπαρκεῖ.

Ἐξελέγησαν: Ἰακωβος Μαῦρος ἐπίτροπος
Μᾶρκος Πριούλης. 1370, Σεπτεμβρίου 10.

24

Fo 79r Ἐκλογὴ τριῶν σοφῶν πρὸς μελέτην τῶν ὑποθέσεων Σουλτάνου, Συρίας καὶ Κρήτης, ὡς ἐπιπροσθέτων τῶν ἤδη ἐκλεγέντων.

Ἐξελέρησαν: Κρέσιος Δαμολῖνος
Νικόλαος Φαλιέρος Ἁγίου Θωμᾶ
Νικόλαος Κονταρίνης Ἁγίου Βενεδίκτου. 1370, Ὀκτωβρίου 3.

25

Fo 80r Ἐκλογὴ τριῶν σοφῶν πρὸς μελέτην τῶν ὑποθέσεων τῶν ζημιωθέντων κατὰ τὴν ἐπανάστασιν ἐν Κρήτῃ.

Ἐξελέγησαν: . . . . . 1370, Ὀκτωβρίου 3.

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

26

Περὶ ἀποδόσεως λογαριασμοῦ τῶν δαπανηθέντων ὑπὸ τῶν καπετάνων, διοικητῶν, πρεσβευτῶν καὶ ἄλλων ὑπαλλήλων κατὰ τὴν ὑπηρεσίαν των καὶ ἐπιστροφῆς τῶν ὑπολοίπων προκαταβληθέντων χρημάτων. 1371, Ἰανουαρίου 5.

F° 88r Millesimo trecentesimo LXX, die quinto Januarij.

Capta. Quoniam multi et multi consignant officialibus rationum quaternos expensarum factarum in capitanerijs, regiminibus suis, uel in ambaxatis suis, uel in alijs uijs, quas fecerunt. Et tamen facta summa omnium, que expenderunt seu ministrauerunt de pecunia, quam habuerunt a nosrro communi, non assignant tunc pecuniam sibi restantem, set potius illam penes se retinent, nec dant illam nisi officiales nostri predicti rationum illam pecuniam petant et exigant. Et debitum sit et honestum cuicunque capitaneo, rectori, ambaxatori, nuncio et omnibus habentibus de pecunia nostri communis omnem pecuniam que sibi restat seu superabundat tam ab expensis quam ab agozijs que fecerunt illo termino, cum assignant quaternos expensarum suarum et agoziorum illo etiam termino restituere et assignare officialibus nostris predictis rationum omnem quantitatem pecunie superhabundantem; uadit pars quod huiusmodi capitanei, rectores, ambaxatores, nuncij et omnes alie persone que habuerint et ministrauerint de pecunia nostri communis quocunque modo teneantur et debeant infra XV dies postquam assignauerint quaternos expensarum et agoziorum suorum assignare et dare dictis officialibus rationum omnem et singulam quantitatem pecunie, que eis restabit et superhabundabit ab expensis et agozijs suis in pena et sub pena tantumdem eius quod retinebunt et non dederint nec assignauerint ut est dictum. Uerum ut hec pars bene et peroptime obseruetur, ipsa pars ponatur et scribatur in commissionibus capitaneorum, rectorum, ambaxatorum, nunciorum ac aliorum omnium habentium commissiones et de pecunia nostri communis.

27

Ἀποστέλλεται εἰδικὸς τεχνίτης εἰς Χάνδακα πρὸς ἐπισκευὴν τοῦ λιμένος. 1371, Φεβρουαρίου 3.

F° 90r Millesimo trecentesimo LXX, die III Februarij.

Capta. Cum portus Candide sit in periculoso statu, sicut scribunt ducha et consiliarij Crete in tantum quod necessario expedit prouideri aliter multa damna et sinistra possent occurrere nobis et nauigijs nostris; uadit pars pro bono portus quod mittatur duche et consiliarijs Crete secundum requisicionem suam una sufficiens persona, in talibus instructa, cum illa prouisione et salario quod uidebitur domino consiliarijs capitibus et sapientibus uel maiori parti; que persona deinde sit cum ducha consiliarijs et capitibus pro bono tanti facti. Quibus duche, con-

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

siliarijs et capitibus committatur quod diligenter et solicite attendant et attendi faciant ad bonum et conseruacionem dicti portus, faciendo fieri illa laboreria et experimenta, tam in facto cauari faciendi quam aliter, sicut dicto collegio uel maiori parti utilius apparebit. Salarium uero dicte persone mittende et expense fiende ista de causa, soluantur per illum modum qui uidebitur domino, consiliarijs, capitibus et sapientibus uel maiori parti, dummodo non soluantur per nostrum commune.

28

Περὶ ἐπισκευῆς τῆς κατοικίας τοῦ συμβούλου Κρήτης Νικολάου Δελφίνου. 1371, Φεβρουαρίου 3.

Fo 90r Millesimo trecentesimo LXX, die III Februarij.

Capta. Cum domus in qua habitat ser Nicolaus Delphino consiliarius Crete, sicut scribunt ducha et consiliarij egeat reparatione; uadit pars quod in reparatione dicte domus, scilicet in fortitudine ipsius domus et non in aliquo ornamento possint expendi yperpera CC de denarijs camere Crete et si cum pauciоribus fieri poterit fiat pro bono communis.

29

Περὶ ἀχρήστου πλοίου (οὐζερίου), διατάσσονται ὁ δούξ, οἱ σύμβουλοι καὶ ὁ καπετάνος Κρήτης, ὅπως γνωματεύσωσι τὸ συμφέρον εἰς τὸ δημόσιον. 1371, Φεβρουαρίου 3.

Fo 90r Millesimo trecentesimo LXX, die III Februarij.

Capta. Cum ducha et consiliarij Crete scribunt, quod ibi est unus usserius uetus tiratus in terram et male stat et cum damno communis; uadit pars quod scribatur duche et consiliarijs Crete et capitaneo nostro Crete sicut alias factum fuit, uidelicet quod uideant et uideri faciant dictum usserium et examinent diligenter quod sit melius uel uendere eum uel facere ipsum disfacere deinde et terminent per maiorem partem de ipso usserio sicut eis melius uidebitur pro nostro communi.

30

Περὶ τῶν ὀφφικιούχων οἱ ὁποῖοι λόγῳ ἰδιωτικῶν ἀσχολιῶν ἀπουσιάζουσι ἐκ τῆς ὑπηρεσίας, δὲν μεταβαίνουσιν ἢ παραιτοῦνται. Ἐπειδὴ δὲ ὁ δοὺξ καὶ οἱ σύμβουλοι Κρήτης δὲν δύνανται νὰ διαγράψωσιν αὐτούς, διότι ρητῶς ἐμποδίζει αὐτοὺς ὅρος τοῦ καπιτουλαρίου των, ἀποφασίζεται ληφθείσης ὑπ' ὄψει τῆς γνωματεύσεως τοῦ Ἰωάννου Γραδόνικου τέως δουκὸς Κρήτης καὶ τῶν συμβούλων του, νὰ γραφῇ εἰς τὸν δοῦκα καὶ συμβούλους, ὅπως ἀντικαθιστῶσι τοὺς ἀπουσιάζοντας δι' ἑτέρων καὶ συγχρόνως ἀναφέρωσιν εἰς τὴν Γερουσίαν πρὸς ἐκλογὴν ἄλλων. 1370, Φεβρουαρίου 3.

Fo 90to Millesimo trecentesimo LXX, die tertio Februarij.

Capta. Cum sint aliqui officiales in Candida et continue mittantur qui elliguntur in Venecijs sicut sunt, domini de nocte, judices proprij, peticionum et

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

alij, qui habent eorum capitularia et ipsa jurant, in quibus capitularibus inter cetera continetur quod si steterint tot diebus continuis uel tot interpellatis, quod non uenerint ad officium, perdere debeant officium suum et sint extra. Et contingat multotiens quod in dictis officijs sunt homines uel mercatores, uel qui habent sua territoria extra et uadant faciendo facta sua et modicum ueniunt ad officium, cum magno damno habencium agere ad dicta officia. Et quia in commissionibus duche et consiliariorum Crete est quoddam capitulum continens quod aliquos officiales factos in Venecijs ipsi cassare non possunt, nec priuare de officijs predictis, propter quod capitulum licet ipsi officiales stent uenire ad eorum officia ultra terminum eis impositum per sua capitularia, ita quod esse deberent extra officium. Tamen uertitur dubium inter regimen Crete utrum haberi debeant pro priuatis de eorum officijs secundum formam capitularis eorum et utile sit prouidere super hoc; uadit pars secundum consilium ser Johannis Gradonico olim duche Crete et consiliariorum eius quod scribatur duche et consiliarijs Crete presentibus et futuris quod omnes officiales cuiuscunque condicionis existant, qui steterint de ueniendo ad eorum officia tot diebus quod per eorum capitulari esse debeant extra offitia, eos priuare debeant officio predicto et alium subrogare in locum suum, scribendo statim de illo uel illis, qui tali modo fuerint priuati ut de alio uel alijs dehinc fiendis prouideri possit. Et similiter si aliqui officiales sponte uoluerint reffutare quod possint et debeant tales refutationes acceptare. Et si dicti officiales reffutabunt officia postquam acceptauerint uel existendo in officijs sint ad conditionem non possendi elligi ad regimina, sicut sunt nostri rectores, tali modo reffutantes. Et a predicto ordine et strictura exceptetur casus infirmitatis in personas proprias dictorum officialium nostrorum ut iustum est.

Capta. Item quod scribatur duche et consiliarijs Crete presentibus et futuris quod in quolibet officio deinde faciant apponi diligentem mentem et curam quod officiales non uenientes ad eorum officia continue apuntentur, ita quod si steterint de ueniendo ab offitium tot diebus, quod per eorum capitulare debeant extra officium esse, hoc statim notificetur regimini Crete, ita quod de alio possint prouidere, ut superius dictum est, saluo pro casu infirmitatis ut est dictum.

31

Περὶ εἰσπράξεως τῶν ὀφειλομένων προστίμων ὑπὸ τῶν παλαιῶν τιμαριούχων διὰ τὴν μὴ ἐκτέλεσιν τῶν τιμαριωτικῶν των ὑποχρεώσεων. Τὸ ἐκ τούτων ποσὸν ἀνέρχεται εἰς 16000 ὑπερπύρων περίπου. 1371, Φεβρουαρίου 10.

F°92to Millesimo trecentesimo LXX, die decimo Februarij.
Ser Triadamus Griti, ser Angelus Mudazo officiales rationum.

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

Quod scribatur duche et consiliarijs et capitaneo Crete in hac forma, uidelicet.

Intelleximus nuper relatione ueridica quod pheudatis ueteribus de pena et capitale ad sumam yperperorum XVI mille uel circa, in quibus ceciderunt propter uarnitiones non factas secundum ordines nostros antiquos, fecistis terminum x annorum contra formam ordinum nostrorum et contra id quod alias fecerunt nobiles uiri Johannes Zeno et Nicolaus Justiniano olim prouisores nostri Crete, qui fecerunt sufficientem terminum pheudatis predictis, silicet de tribus annis soluendo de sex in sex mensis. De quo miramur et grauamur quantum plus possumus et debemus, quia super hoc uos nullam libertatem habebatis, ymo est expresse contra commissiones uestras per quas tenemini ad prode et honorem communis Veneciarum et ad exigendum et exigi faciendum bona et hauere nostris communis. Quare habentes pro nihilo id quod fecistis in hac parte fidelitati uestre scribimus et mandamus quatenus debeatis omnino tenere modum quod predicti soluant nostro communi, quod debent et faciatis cum integritate quemlibet soluere quod tenetur ita quod nostrum commune tantum agrauatum non sentiat talia incommoda et sinistra, et quod nos etiam non habeamus materiam turbationis contra uos. Et mandetur camerarijs Crete quod exigant et faciant suum officium, ut superius dictum est.

32

Νὰ γραφῇ εἰς τὸν δοῦκα, τοὺς συμβούλους καὶ τὸν καπετάνον Κρήτης, ὅπως ἀναφέρωσι τοὺς λόγους, δι' οὓς προέβησαν εἰς τὴν παροχὴν τῆς χάριτος ταύτης εἰς τοὺς ἀνωτέρω τιμαριούχους καὶ συγχρόνως νὰ γνωρίσωσι τὴν δικαιοδοσίαν τὴν ὁποίαν ἔχουσιν, ἵνα πράττωσι ταῦτα καὶ ἄλλα, μετὰ τὴν ἀπάντησίν των νὰ πράξωσι ὡς νομίζουσι πρὸς τὸ συμφέρον τῆς πολιτείας. 1371, Φεβρουαρίου 10.

F° 92t° Millesimo trecentesimo LXX, die decimo Februarij.

Capta. Quod ut mature procedatur in ista nouitate scribatur duche consiliarijs et capitaneo Crete quod quam cicius esse poterit scribant nobis causam cui fecerunt istam gratiam feudatis predictis, et mittant nobis libertatem quam habent faciendi istud et omnia alia, que induxerunt ipsos ad faciendum hoc et tunc habita responsione eorum erimus hic et fiet sicut uidebitur pro utilitate et bono nostri communis.

33

Περὶ φυλακῶν. Ὁ πλειστηριασμὸς κατεκυρώθη ἀντὶ 160 ὑπερπύρων, δηλαδὴ ἀντὶ ἐλαχίστου ποσοῦ. Διὰ τὴν κανονικὴν λειτουργίαν τῶν φυλακῶν διορίζονται δύο ἐπιστάται, οἵτινες νὰ ἐπιβλέπωσι τὴν καλὴν λειτουργίαν των. 1371, Φεβρουαρίου 10.

F° 92t° Millesimo trecentesimo LXX, die decimo Februarij.

Capta. Cum ducha et consiliarij Crete scribunt cum magna instantia quod carceres Candide sunt male in ordine et omni die franguntur ita quod carcerati

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

pro homicidio et debitis continue fugiunt cum damno communis et specialium personarum et quod istud est deffectum uilium personarum, que accipiunt carceres ad incantum et consulunt quod mittantur dehinc persone sufficientes; uadit pars considerato quod isto anno dati fuerunt carceres ad incantum deinde pro yperperis CLX quod est minima res nostro communi; quod dominus, consiliarij capita et sapientes Crete habeant libertatem mittendi ad dictas partes duas personas sufficientes pro bono communis et carceratorum per illum modum et sicut uidebitur domino, consiliarijs capitibus et sapientibus uel maiori parti. Et in casu quo reperiantur ultra duos ire uolentes probentur omnes ad unum ad unum in collegio predicto, et illi duo, qui mittentur dent plezariam hic uel deinde de illa quantitate pecunie, que uidebitur collegio uel maiori parti. Et sint dicte persone ad obedientiam duche et consiliariorum Crete, qui dent super hoc illos bonos et utiles modos qui sibi uidebuntur pro bono dicti facti. Et sint dicte persone per duos annos ut uideatur qualiter se portabunt. In capite uero duorum annorum prouidebitur sicut uidebitur isti consilio. De parte 48—de non 13—non sinceri 5.

34

Περὶ οἰκοδομῆς φρουρίου ἁγίου Νικήτα. 1371, Φεβρουαρίου 10.

F° 93r Millesimo trecentesimo LXX, die X mensis Februarij.

Castrum sancti Nichete. Cum communiter judicetur quasi per omnes rectores et capitaneos nostros, qui fuerunt in insula Crete quod hedificare unum castrum in loco uocato sanctus Nicheta ad mare austri, ubi est bonus portus et aqua fontane esset optima res pro conseruatione et bono status nostri et pro uitandis rebellionibus et malis, que possent occurrere; uadit pars in Christi nomine quod in loco predicto sancti Nichete quam cicius fieri poterit, fiat et hedificetur unum castrum per illum modum et sicut uidebitur duche, consiliarijs et capitaneo Crete uel maiori parti. Quibus committatur quod diligenter et sollicite attendant et attendi faciant ad expeditionem et complementum istius castri, ita quod possint merito commendari. Insuper committatur dictis duche, consiliarijs et capitaneo quod omnia necessaria ad istud opus, que fieri poterunt per publicum, deinde et sine grauitate nostri communis faciant fieri per publicum, sicut eis utilius et melius uidebitur, ita quod nostrum commune grauetur quam minus fieri poterit, sicut speramus de eis, dando eis intelligi, silicet duche consiliarijs et capitaneo quod tenemus pro constanti, quod illi deinde uidentes tantum bonum suum erunt contenti de publico predicto. Quando uero uideretur nostris duche, consiliarijs et capitibus qui sunt presentes deinde uel maiori parti eorum aliquod periculum uel dubium aut malum posse euenire deinde occasione istius publici fiendi, tunc

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

procedant ad dictum opus et faciant quam melius poterunt et sicut eis uel maiori parti utilius uidebitur, faciendo quam minores expensas poterunt pro bono communis. Et scribatur ad cautelam rectori Canee quia locus sancti Nichete, ubi debet fieri istud castrum, est circa destrictum Canee, quod in hoc facto det duche et consiliarijs et capitaneo Crete illam subuentionem iustam et rationabilem, quam requirent pro bono et expeditione castri predicti. De parte 32.—De non 16. Non sinceri 13.

35

Διατάσσεται ὁ καπετάνος, ὅπως διαγράψῃ τῶν στελεχῶν τοὺς Ἕλληνας στρατιώτας πεζοὺς καὶ ἱππεῖς, καὶ πάντας τοὺς ξένους, οἵτινες ἐνυμφεύθησαν ἐν Κρήτῃ καὶ ἐκ τῶν ἄλλων τοὺς μᾶλλον ἀνικάνους, εἰς τρόπον ὥστε νὰ σχηματισθῶσιν ὀλίγαι καὶ λόχοι ἐξ εἴκοσι ζευγῶν. 1371, Φεβρουαρίου 10.

F° 93r Millesimo trecentesimo LXX, die X mensis Februarij.

Capta. Cum sentiatur quod multi soldati nostri de Candida tam equites quam pedites acceperunt uxores originarias deinde, quod est male factum. Insuper sentiatur quod multi greci sunt ad soldum nostrum deinde cum damno communis et contra ordines nostros et utile sit prouidere super hoc; uadit pars quod scribatur capitaneo Crete quod omnes soldatos predictos tam equites quam pedites, taliter uxoratos deinde cassare debeat a soldo nostro et grecos etiam, si aliqui sunt ad soldum nostrum casset eos, et decetero nullum talem uel similem recipere in banderijs nostris ullo modo. Et teneat modum ipse capitaneus noster, cassando uxoratos et grecos predictos et de alijs magis insufficientibus quod banderie omnes nostre equestres et pedestres reducantur ad XX payas pro banderia pro bono nostri communis. Et scribat nobis quicquid fecerit ut informati de hoc possimus sicut conueniet prouidere. Et scribatur duche et consiliarijs et capitaneo Crete quod si pro cassatione dictarum personarum uiderent aliquod periculum posse euenire deinde, quod de personis illorum qui sic cassabuntur disponant et teneant illum bonum modum et ordinem, qui eis uel maiori parti uidebitur, ita quod status noster remaneat securus deinde.

36

Ἐν συνεχείᾳ τοῦ προηγουμένου διατάσσεται ὁ καπετάνος νὰ περιορίσῃ τοὺς λόχους πεζῶν καὶ ἱππέων εἰς 20 ζεύγη διαγράφων τοὺς ἀνικανωτέρους. Ἐπειδὴ δὲ πλεῖστοι ἐνυμφεύθησαν καὶ συγκαταλέγονται πολλοὶ Ἕλληνες παρὰ τὰ διατεταγμένα, τοῦ λοιποῦ ὅταν νέος καπετάνος κατέρχεται εἰς Κρήτην θὰ ἀκολουθῆται ὑπὸ λόχου ἱππέων καὶ δύο λόχων πεζῶν. Ἅμα δὲ τῇ ἀφίξει του θὰ διαγράφῃ τοὺς νυμφευθέντας καὶ τοὺς Ἕλληνας. 1371, Φεβρουαρίου 10.

Die dicto.

F° 93to Quod pro bono nostri communis mandetur capitaneo Crete quod banderias nostras equestres et pedestres deinde reducere debeat ad XX payas pro banderia

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

cassando de magis insufficientibus. Et quia deinde sunt aliqui habentes uxores deinde, et etiam multi greci contra formam ordinum nostrorum ordinetur ex nunc quod quando ibit capitaneus in Cretam debeat secum conducere unam banderiam equitum et duas peditum secundum formam ordinis capti super hoc, et tunc cum applicuerit in Candidam casset stipendiarios uxoratos et grecos, ita quod amplius nullus talis sit ad soldum nostrum. De parte 30-30-27.—Non sinceri 4-3-3.—de non 1.

37

Ὁ ὑφιστάμενος δασμὸς ἐπὶ τῶν ὑφασμάτων 2% εἰσαγωγῆς καὶ 2% ἐξαγωγῆς καταργεῖται, ἀντικαθιστάμενος διὰ 4% ἐπὶ τῆς εἰσαγωγῆς. 1371, Φεβρουαρίου 10.

Die dicto.

F° 93t° Capta. Cum de omnibus pannis cuiuscumque conditionis existat, qui conducantur ad partes Crete soluantur duo pro centenario ad introitum et duo pro centenario ad retraiandum, quod potest refformari in melius pro bono communis et mercatorum et sic cessabunt fraudes; uadit pars quod sicut soluentur duo pro centenario de pannis predictis ad introitum, ita soluantur quatuor pro centenario uerum datium de duobus pro centenario ad retraiandum, reuocetur ut iustum est.

38

Πρὸς χρῆσιν τοῦ λιμένος Χάνδακος ἀποστέλλονται διάφορα ἀναγκαιοῦντα. 1371, Φεβρουαρίου 10.

Die dicto.

F° 39t° Capta. Quod infrascripta mittantur in Candidam duche et consiliarijs Crete pro bono portus, sicut requirit Johannes Longo, admiratus deinde, uidelicet.

Pontoni 2 laborati de passis duodecim pro quolibet et lignamen necessarium pro complendo dictos pontonos, sicut sunt maderia et lignamen ab arganis et pro fusis, item cazas quatuor ferri.

Item pro arsenatu mittantur ista uidelicet.

Caneui X, gripie X, prodesi VI pro nostris galeis.

Caneui IIII grossi de passis LX longi pro quolibet pro dando auxilium galee antedicte.

Remi a falconis IIII centum, artimoni C, II centum terzaroli.

Remi a batello II centum et pro galedelis pro medietate.

Tabule XX de nuce pro raglis

Claues XX de larice pro posticijs a galeis.

39

Καταργεῖται ὁ δασμὸς ἐξαγωγῆς οἴνου ἐκ Κρήτης, πλὴν τοῦ μεταφερομένου εἰς Βενετίαν, ἐπιβάλλεται δὲ ἐπὶ παντὸς οἴνου γλεύκους, παραγομένου ἐν Κρήτῃ ὑπέρπυρα δύο δι' ἑκάστην ἑκατοντάδα

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

μιστάτων. Ὁ οἶνος Χανίων, Περακάντιας καὶ οἱ ἄλλοι καλοὶ οἶνοι τῆς νήσου ἐπιβαρύνονται κατὰ τὴν ἐξαγωγὴν μὲ τὸ ἥμισυ τοῦ προηγουμένου δασμοῦ. 1371, Φεβρουαρίου 10.

Datia Crete.

Fe 96r Millesimo trecentesimo LXX, die decimo Februarij.

Cum habeatur per relationem duche et consiliariorum nostrorum qui uenerunt de Creta et capitanei Candide et per rectorem Canee et Rethimi, quod datia imposita in Creta uino, quod uenditur ad spinam et extrahitur de insula pro portando in omnem partem, excepto Venetias, summe omnino refformanda, pro bono et conseruatione insule Crete et nauigiorum nostrorum, ut non perdant in uiamenta sua. Et sicut habetur manifeste alius modus, bonus justus et conueniens, reperiri potest, cum contentamento illorum deinde qui habent uineas et cum maiori auantagio communis, et utile sit prouidere super hoc; uadit pars, in nomine Christi quod datium impositum uino, ad extrahendum de insula pro portando in omnem partem, excepto Venetias, reuocentur pro bono insule Crete. Et detur iste ordo de quo omnes contentari uidentur, qui est cum maiori utilitate communis, scilicet quod de toto uino musto, quod quomodocumque fiet in insula Crete, soluantur de datio, ad rationem de yperperis duobus pro quolibet centenario mistatorum. Uinum uero de Canea et districtus, quia non est comparandum uino Paracandie et alteri bono uino insule, nec habet illum exitum, soluat medietatem dacij predicti. Et mandetur duche et consiliarijs et capitaneo Crete, quod predicta obseruent et faciant diligenter et fideliter obseruari, tenendo in hoc illos ordines, modos et uias ac stricturas utiles et fructuosas, que sibi uidebuntur, pro bono nostris communis ita quod non fraudetur illo modo. Et ut iste ordo bonus et utilis obseruetur, ordinetur ex nunc, quod omnes debentes soluere datium ante dictum tempore ordinato uindemiarum, teneantur usque sanctum Martinum tunc proximi soluisse omnino quod debent sub illis penis et stricturis que uidebuntur duche, consiliarijs et capitaneo, uel maiori parti pro bono communis. Nam isto modo commune nostrum, in uno momento, recipiet omnia datia sua, ubi modo recipit paulatim et eum magnis fraudibus et spetiales personas libenter soluient, propter comoditatem et terminum antedictum. De nom

28 3.—non sinceri 5.

40

Εἰς τὰς ἐντολὰς τοῦ καπετάνου Κρήτης προστίθενται αἱ κατωτέρω διατάξεις περιλαμβανόμεναι εἰς τὰς ἐντολὰς τοῦ δουκὸς Κρήτης, τοῦ καπετάνου Τεργέστης καὶ ἄλλων ρεκτόρων. 1371, Μαρτίου 13.

Fo 98r Millesimo trecentesimo LXXI, die XIII Marcij.

Capta. Cum in commissione duche Crete, capitaneo Tergesti et alijs rectoribus contineantur partes infrascripte et in commissione capitaneo Crete non sint

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

iniuncte; uadit pars quod iniungantur in commissione capitaneo Crete ut inferius continentur:

Primo uidelicet quod dictus capitaneus nec aliquis de sua familia non possit, nec audeat facere nec fieri facere de mercatoribus ullo modo, nec tenere tabernam, nec emere, seu emi facere aliquam possessionem, uel territorium in ciuitate Candide, nec in tota insula Crete, nec habere partem in aliquo nauigio magno, uel paruo toto tempore sui regiminis. Non sinceri 4—de non 12—alij de parte.

2. Capta. Et non possit angarizare pro suo seruitio uel alieno, seu mittere aliquem stipendiarium equestrem uel pedestrem, nec equos eorum ullo modo aliquo nisi pro factis nostri communis. Non sinceri 3—de non 8—alij de parte.

3. Capta. Et non possit ipse nec aliquis de sua familia recipere ab aliqua persona donum aliquod, siue presens modo aliquo uel ingenio, nec possit aliquis de sua familia habere commissionem ab aliqua persona pro plantando pro ipsa. Non sinceri 2—de non 8—alij de parte.

4. Capta. Et non possit absoluere aliquos condemnationes uel sententias que facte fuissent per suos precessores absque littera nostra et nostri consilij ordinatione. Non sinceri 5—de non 7—alij de parte.

5. Capta. Item si uxor sua seu heredes tam masculi quam femine dicti capitanei aut aliquis de eius familia fecerint aliquid quod sibi sit uetitum per suam commissionem et fuerint accusati nobis seu aduocatoribus communis debeat ipse capitaneus esse responsator et pagator de omni eo quod dicti aduocatores nostri conuincentur in consilio in quo placitare uellent. Non sinceri 4—de non 12—alij de parte.

6. Item non possit sub debito sacramenti per totum tempus sui regiminis, nec per unum annum post contrahere, seu contrahi facere matrimonium nec impetrare, seu impetrari facere aliquam prebendam, uel beneficium in locis sui regiminis pro ipso nec alio, nec procurare aut tentare quod hec fiant pro ipso uel alio ullo modo. Non sinceri 5—de non 12—alij de parte.

7. Capta. Et non possit dominus capitaneus se impedire in remittendo in toto, uel parte, seu reuocando aliquas condemnaciones quas faciet toto tempore sui regiminis postquam ipsas fecerit modo aliquo siue forma postquam fuerint publicate. Non sinceri 5—de non 6—alij de parte.

8. Capta. Item teneatur dictus capitaneus inter XV dies postquam applicuerit Venecias siue interrogatus fuerit, siue non, dare nobis et nostro consilio quecunque sciuerit et crediderit esse pro meliori dicte insule et cum honore nostro et conseruacione eius. Non sinceri 2—de non 5—alij de parte.

9. Capta. Et non possit ullo modo per totum tempus sui regiminis uendere

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

suos equos, nec eos cambire cum aliquo sub debito sacramenti. Uerum licitum sit ei per unum mensem ante exitum sui regiminis ipsos equos posse uendere omnibus personis, quibus melius poterit exceptis soldatis quibus nullo modo possit uendere. Non sinceri 5—de non 14—alij de parte.

10. Capta. Item quod sit ei expresse prohibitum, quod aliquis de eius familia non possit habere soldum aliquod a communi ullo modo per totum tempus sui regiminis nec per unum annum post sub penis solitis, uidelicet perdendi pro quolibet ducato quem habuisset decem sicut in alijs commissionibus continetur. Non sinceri 5—de non 8—alij de parte.

41

Διορίζεται κοντόσταυλος ἑνὸς λόχου πεζῶν ὁ Παῦλος Φραδέλλος, διότι παρέμεινε πιστὸς κατὰ τὴν ἐπανάστασιν καὶ ἐπέδειξε καλὴν διαγωγήν. 1371, Ἀπριλίου 14.

F° 101v° Millesimo trecentesimo LXXI, die XIIII Aprilis.

Capta. Quod considerato bono portamento Pauli Fradello fidelis nostri, qui tempore rebellionis Crete in partibus illis et alibi etiam in honorem et statum nostrum bene se gessit, confirmetur in comestabilem unius banderie pedestris sibi concesse per potestatem nostrum Ualis Maremi in dicto castro, faciendo ipso bonum portamentum.

42

Διετάχθη μετασκευὴ τοῦ λιμένος Χάνδακος, ἐπειδὴ δὲ ἀπεφασίσθη ἡ δαπάνη νὰ μὴ καταβληθῇ ὑπὸ τοῦ δημοσίου καὶ ὁ μέλλων νὰ κατέλθῃ μηχανικὸς ἔχει ἀνάγκην χρημάτων, νὰ προκαταβληθῶσιν εἰς αὐτὸν ἐκ τοῦ δημοσίου δύο χιλιάδες δουκάτα ὑπὸ μορφὴν δανείου, τὰ ὁποῖα νὰ ἐπιστραφῶσι τὸ ταχύτερον. 1371, Ἀπριλίου 14.

F° 101t° Millesimo trecentesimo LXXI, die XIIII Aprilis.

Capta in rogatis et addicione. Quia pridie captum fuit quod ducha, consiliarij et capitaneus Crete pro reformatione portus Candide, qui in periculoso statu manet faciant fieri laboreria et experientias in facto cauandi quam aliter, sicut dicto collegio uel maiori parti utilius apparebit. Et quod salarium inzignerij qui dehinc mittatur in Cretam pro facto predicto et expense fiende ista de causa soluantur per illum modum, qui uidebitur domino, consiliarijs, capitibus et sapientibus Crete uel maiori parti, dummodo non soluantur per nostrum commune etc. Et expediat dehinc fieri aliqua laboreria illuc mittenda occasione predicta et eciam opporteat quod dicto inzignerio prouideatur de aliqua quantitate pecunie; uadit pars quod non obstante parte predicta debeant mutuari pro facto predicto, tam utili ymo necessario ducati duo milla de pecunia nostri communis, que accipiatur cum ordinibus terre, et omnino restituatur communi nostro, quam ciciius

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

fieri poterit per illum modum qui determinabitur obseruandum in faciendo expensas dicti portus absque onere nostri communis. Non sinceri 2. — de non 12 — alij de parte.

43

Ἀποθανόντος τοῦ ἀμμιραλίου Χανίων ἀπεφασίσθη, ὅπως ὁ ἐκλεγησόμενος διάδοχος εἶναι ἄμισθος καὶ λαμβάνει μόνον τὰ δῶρα. Ἐκ τούτου ἐπέρχεται οἰκονομία 120 ὑπερπύρων, ὅσος εἶναι ὁ μισθός του. 1371, Ἀπριλίου 18.

F° 102t° Millesimo trecentesimo LXXI, die XVIII Aprilis.

Capta. Cum habeatur per litteras nobilis uiri ser Marci Justiniano rectoris Canee, quod admiratus dicti loci nuper diem extremum clauserit uite sue et quod admiraria deinde habet parum agere cum deinde non sint nauigia, lignamen, sartia nec alique alie res pro communi et quod deinde reperiretur bene persona sufficiens ad faciendum omnia que admiratus facere tenetur, que sunt solum curare nauigia euncia et redeuncia sine salario aliquo et sine aliquo onere nostri communis habendo solum regalias quas dictus admiratus contra solitus est habere; uadit pars consideratis hijs que scribit rector predictus ut commune nostrum aleuietur ab expensis salarij predicti quod erat yperpera CXX quod fiat iuxta consilium rectoris. Et scribatur eidem quod in hoc faciat sicut et melius uidebitur superinde tenendo modum, quod commune nichil soluat pro hoc ut superius dictum est. Non sinceri 2—de non—alij de parte.

44

Ἐπὶ ἀνταλλαγῆς τιμαρίων, ἐξ ὧν ἓν τούτων ἐδημεύθη, διότι ὁ τιμαριοῦχος εἶχεν ἀναμιχθῇ εἰς τὴν ἐπανάστασιν, ἠδικήθη δὲ ἐκ τούτου ὁ ἕτερος ἀνταλάσσων τιμαριοῦχος. Διετάχθη ἡ ἐπανόρθωσις ὑπὲρ τοῦ ἀδικηθέντος. 1371, Ἀπριλίου 27.

F° 103t° Millesimo trecentesimo LXXI, die XXVII Aprilis.

Capta in rogatis et additione. Cum nobilis uir ser Petrus Cornario ducha Crete et eius consiliarij scripserint domino qualiter coram eis comparuerit nobilis uir Gulielmus Quirino ciuis noster procuratorijs nominibus ser Bartholomei Quirino fratris sui et commissarij quondam ser Romei Quirino quondam fratris sui ac etiam nomine suo proprio dicens quod uir nobilis Petrus Quirino quondam habitator Candide per suum testamentum dimisit dictis fratribus chauallarias duas et seruentarias duas cum dimidia positas in insula nostra Crete, que feuda nomine ipsorum fratrum tenebatur et possidebatur jure dicti legati. In ipsis autem feudis erat seruentaria una de Tacla et Romeo nominata specifice in legato predicto, quam dictus quondam Petrus Quirino acquisiuit et habuit per cambium seu permutacionem factam cum Bartholomeo de Grimaldo, quam quidem seruentariam dictus quondam Petrus tenuit et possedit. Et simili modo dicti fratres illam tene-

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

bant et possidebant, tamen ipsa seruentaria non erat scripta in catastico dicto quondam Petro Quirino. Et ideo requirebat coram dicto nostro ducha et eius consiliarijs quod suprascriptum cambium factum inter predictum Petrum Quirino ex una parte et ipsum Bartholomeum de Grimaldo ex altera deberet scribi in catastico curie nostre Crete, in quo huiusmodi cambia scribi et annotari solebat, unde prefati ducha et consiliarij uolentes de predictis plenius informari uiderunt quamdam cartam notatam in abreuiaturis Georgij de Millano notarij, quam suprascriptus Petrus Quirino ex una parte et prefatus Bartholomeus de Grimaldo ex altera fieri fecerunt inter se uicissim de cambio suprascripto facto inter eos tali modo, quod dictus Petrus Quirino dedit suprascripto Bartholomeo seruentariam unam positam in loco nomine Spacide. Et idem Bartholomeus dedit eidem Petro pro ipsius cambio, seruentariam unam de Tacla et Romeo cum modis et condicionibus insertis in dicta carta facta sub anno domini MCCCLXII mense Septembris die XXVI indicione prima. Reperpererunt eciam inter alia quod ab eo tempore citra quo dictum cambium factum fuit, idem Petrus Quirino tenuit et possedit prefatam seruentariam de Tacla et Romeo sibi datam a prefato Bartholomeo. Et idem Bartholomeus uersa uice tenuit et possedit prescriptam seruentariam de Spacide, sibi datam ab ipso Petro Quirino. Et in quaterno in quo scripte sunt possessiones feudorum confiscatorum communi nostro occasione rebellionis Crete notata erat kauallaria dimidia de Dafne, quam suprascriptus Bartholomeus de Grimaldo tenebat et ibi fiebat mentio specialis qualiter dicta dimidia kauallaria habebat quandam pertinentiam in casali Spacide, que est illa propria seruentaria quam prefatus Bartholomeus acquisiuit et habuit jure dicti cambij, quam pertinentiam nunc habet tenet et possedit Nicolaus de Lago, cui dicta dimidia kauallaria de Dafne cum suis habentijs pertinentijs et uillanis per nostrum dominium data et deliberata fuit, finaliter concludunt quod quia bona et feuda dicti Bartholomei sunt pro suis demeritis confiscata nostro communi et dominatio nostra reseruauerit dispositioni sue feuda rebellium Crete, non apparuit eis facere aliud in premissis, set ad peticionem dicti Guillelmi, ea omnia nobis denotare curarunt; uadit pars secundum consilium sapientum Crete habito respectu quod suprascripta seruentaria quondam ser Petri Quirino translata in Bartholomeum de Grimaldo propter cambium factum inter eos, de quo apparet in carta de qua supra fit mentio, deuenit in nostrum commune pro crimine proditionis dicti Bartholomei et consideratis predictis et alijs que scribunt prefatus ducha et consiliarij Crete, quod predicta seruentaria quam dictus ser Guillelmus Quirino pro se et procuratorijs nominibus supradictis petit eis catasticari, catasticetur eis ut iustum est.

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

45

Φόρος μεσιτειῶν καὶ δασμοὶ Κρήτης.

1ον Ἡ ἐπὶ τῶν μεσιτειῶν φορολογία ἐμπορευμάτων καὶ ἐπικαταλλαγῆς παρατείνεται ἐπὶ τρία ἔτη ἀμετακλήτως. 1371, Μαΐου 16.

2ον Παρατείνεται ἐπὶ πενταετίαν. Αὐθημερόν.

3ον Οἱ μεσῖται οἴνου δικαιοῦνται τοῦ ἡμίσεος τῆς μεσιτείας, τοῦ ἑτέρου ἡμίσεος ἀνήκοντος εἰς τὴν κοινότητα. Πρὸς ἀποφυγὴν καταχρήσεων ὑποβάλλονται εἰς τοὺς ὀφφικιούχους ἐπὶ τῶν μεσιτῶν τὰ δελτία καταβολῆς δασμοῦ οἴνου. Αὐθημερόν.

5ον Τὰ ἐμπορεύματα τὰ πωλούμενα καὶ ἀγοραζόμενα διὰ τὰ ὁποῖα δὲν κατεβλήθη ὁ δασμὸς καὶ τὰ δικαιώματα τοῦ δημοσίου, τοῦ λοιποῦ τὰ ὁποῖα κατὰ διαταγὴν τῆς διοικήσεως πωλοῦνται μετὰ μεσιτείας εἴτε ζυγιζόμενα, εἴτε κατ' ἀριθμόν, ὑπ' οὐδενὸς θὰ ἀγοράζωνται ἢ θὰ πωλῶνται ἄνευ διαταγῆς τοῦ ὀφφικίου τῶν μεσιτειῶν καὶ ἐὰν δὲν ἔχουσι ζυγισθῇ ἢ μετρηθῇ διὰ τῶν μέτρων καὶ σταθμῶν τῆς κοινότητος. Εἰς τοὺς παραβάτας ἐπιβάλλονται ποιναί. Αὐθημερόν.

6ον Ἡ μεσιτεία οἰκιῶν καὶ κτημάτων πωλουμένων καταβάλλεται ἐντὸς δύο μηνῶν ἀπὸ τῆς ὑπογραφῆς τοῦ συμβολαίου ἀγοραπωλησίας. Αὐθημερόν.

7ον Αὔξησις δασμοῦ διαφόρων οἴνων ἐξαγομένων ἐκ Βενετίας κατὰ 4 δουκάτα δι' ἕκαστον ἀμφορέα ἀντὶ τῶν ὀκτὼ λιτρῶν γροσίων. Αὐθημερόν.

8ον Αὔξησις δασμοῦ οἴνου Μονεμβασίας ἐξαγομένου ἐκ Βενετίας κατὰ $3\,^1/_2$ δουκάτα δι' ἕκαστον ἀμφορέα ἀντὶ τῶν ὀκτὼ λιτρῶν γροσίων.

9ον Αὔξησις δασμοῦ οἴνου Κρήτης καὶ Ρωμανίας ἐξαγομένου ἐκ Βενετίας κατὰ 3 δουκάτα χρυσᾶ δι' ἕκαστον ἀμφορέα, ἀντὶ τῶν ἓξ λιτρῶν γροσίων.

10ον Ἡ διάρκεια τῶν ἀνωτέρω δασμῶν καθορίζεται πενταετὴς καὶ μέχρι καταργήσεως αὐτῶν. Ἐπιβάλλονται ποιναὶ εἰς τοὺς παραβάτας. Αὐθημερόν.

11ον Ὁ εἰσάγων ἐν Βενετίᾳ οἴνους ἐντὸς ἀσκῶν δολίως βεβλαμένων, ὁ μὲν οἶνος δημεύεται, εἰσπράττεται ὁ συνήθης δασμὸς καὶ διπλοῦς εἰσέτι, οἱ δὲ ἀσκοὶ καίονται. Ἐπιβάλλονται ἀκόμη καὶ αἱ ποιναὶ τῶν λαθρεμπόρων. Αὐθημερόν.

12ον Αὐξάνεται ὁ δασμὸς τῆς *ἀσέντσια καμαράτα* εἰς λίτρας ὀκτὼ κατὰ χιλιάδα, ἀντὶ τῶν τριῶν λιτρῶν καὶ ἡμισείας ὡς ὁ δασμὸς τῶν ἡλατισμένων κρεάτων. Ὁ δασμὸς οὗτος θὰ εἶναι τῆς αὐτῆς διαρκείας ὡς ὁ τοῦ οἴνου. Αὐθημερόν.

13ον Μειοῦται τὸ δικαίωμα τῶν δικαστῶν ἐπὶ τῶν πλειστηριαζομένων ἐνεχύρων εἰς σολδίον ἓν κατὰ λίτραν, ἀντὶ τῶν σολδίων δύο. Αὐθημερόν.

Impositiones ad messeteriam et dacia Crete.

Fo 107to Millesimo trecentesimo LXXI, die XVI Maij. 1

1. Capta. Quod suprascripte impositiones facte de nouo ad messteriam tam de mercatis quam de cambijs durent a modo usque tres annos proximos et non possint usque dictum terminum reuocari ipse uel aliqua earum nisi per sex consiliarios, tria Capita de XL et duas partes consilij rogatorum congregatos ab LXXX supra. Et si consilium etc. De parte 34.

2. Quod suprascripte impositiones durent usque quinque annos proximos et tantum plus donec fuerint reuocate, sed non possint usque dictum terminum

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

ipse uel earum aliqua reuocari sub pena ducatorum mille pro quolibet ponente uel consentiente partem in contrarium. De parte 33—de non 0—non sinceri 0.

3. Capta. Quod missete habeant de cetero de messetaria uini solum medietatem sicut habuit modo duas partes et reliqua medietas sit communis. Et ut fraus committi non possit in messetaria uini quod extrahitur extra Venecias ordinetur quod omnes bulete, que fiunt ad dacium uini, antequam ueniant ad curiam maiorem debeant presentari officialibus messetarie, que ponant manum in ipsis sicut faciunt in alijs bulletis et uideant si mercata dicti uini erunt ordinate scripta, ut commune habeat drictum suum. Et si consilium etc. De parte omnes.

4. Capta. Quod famuli messetarie non habeant de cetero partem aliquam de debitis que missete ponunt ad suam rationem, neque de denarijs que exiguntur a cadutis, quibus non fuerit factum aliquod preceptum per dictos famulos, set pars quam habent ad presens dicti famuli, de debitis et cadutis predictis ueniat in commune, uerum si dicti famuli facient dicta precepta, uel ponent debitores pro contumacibus, habeant partem secundum usum officij. Et pro hoc reddentur ipsi famuli promptiores ad faciendum precepta et sequitur maior utilitas communis. Et si consilium etc. De parte alij—non 0—non sinceri 1.

5. Capta. Quod infrascriptum consilium alias captum in hoc consilio quod expirauit et est utile pro bono nostri communis confirmetur per quinque annos proximos et tantum plus donec fuerit reuocatum; uidelicet cum commune nostrum portet magnum damnum de mercatis que uenduntur et emuntur non solutis dacijs et drictis communis et utile sit super hoc salubriter prouidere; uadit pars quod ex nunc ordinetur et publice proclametur quod de illis mercationibus, que per ordines nostros debent uendi cum messetaria et per pondus numerum uel mensuram communis nullus audeat uendere uel emere nisi cum ordine messetarie et cum pondere, numero et mensura communis, secundum ordines nostros sub pena soldorum quinque pro libra ualoris totius mercationis tam emptori quam uenditori, de qua pena accusator per quem ueritas habeatur habeat tercium, tercium sit officialium et tercium communis. Et si aliquis de illis contrafacerint accusauerit alios culpabiles absoluatur a pena et habeat tercium pene ad quam cadent alij culpabiles predicti et teneatur de credentia. Et predicta committantur officialibus messetarie et tabularum, qui inquirant et exigant penas per modum predictum de quibus penis non possit fieri gratia sub pena ducatorum centum pro quolibet ponente uel consentiente partem in contrarium. Uerum sit in libertate officialium messetarie dandi licenciam illis qui uellent ponderare drapparіam sete et setam tinctam dando sacramentum partibus quod soluetur bene et legaliter messetariam. Et si consilium etc. De parte omnes—de non 0—non sinceri 0.

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

6. Capta. Quod messetaria domorum et possessionum que uenduntur, soluatur infra duos menses postquam uenditio scripta fuerit ad examinatores, sicut iam diu obseruatum est et obseruatur ad presens per continuam consuetudinem et hoc addatur in capitulari officialibus messetarie. Et si consilium etc. De parte omnes.

7. Capta. Quod pro auancio nostri communis ordinetur quod sicut de Riboleo, uino Marchiano, Tribiano, uino Apulee et Neapolis que extrahuntur extra Venecias soluuntur ad presens libre octo ad grossos pro qualibet amfora, ita de cetero soluantur ducati quatuor in auro pro qualibet anfora. Et si consilium etc. De parte alij de non 10—non sinceri 1.

8. Capta. Item quod sicut de uino Monauaxie quod extrahitur de Venecijs soluuntur ad presens libre octo ad grossos pro qualibet amfora, ita de cetero soluantur ducati tres cum dimidio pro qualibet amfora. Et si consilium etc. De parte alij—non 0—non sinceri 1.

9. Capta. Item quod sicut de uino Romanie et Crete quod extrahitur de Venecijs soluuntur ad presens libres sex ad grossos pro qualibet amfora, ita de cetero soluantur ducati tres auri pro qualibet amfora. Et si consilium etc. De parte alij—non 0—non sinceri 1.

10. Capta. Quod predicta omnia datia durent per quinque annos proximos et tantum plus donec fuerint reuocata uerum non possint ipsa uel aliquod eorum usque dictum terminum quinque annorum reuocari, sub pena ducatorum CC pro quolibet ponente uel consentiente partem in contrarium. Et si consilium etc. De parte omnes.

11. Capta. Et si aliquis de cetero conduxerit Venecias uinum cum uegetibus fraudatis uel aliquo modo maliciatis perdat uinum et dacium et dupplum dacium et uegetes comburantur et hoc cridetur publice in locis solitis et subiaceat hec pars omnibus alijs penis stricturis et ligaminibus contentis in parte pridie capta super facto contrabannorum. Et si consilium etc. De parte alij — de non 0—non sinceri 1.

12. Capta. Quod sicut ad presens soluuntur de assencia ad introitum libras tres cum dimidio pro miliario, ita soluantur de cetero ad introitum de dicta assencia camarata, libras octo pro miliario, sicut fit de carnibus salitis. Sepe autem de cetero soluat camaratam dacium solitum. Et hoc duret ad terminum et cum condicione aliorum daciorum uini impositorum de nouo. Et si consilium etc. De parte omnes.

13. Capta. Quod sicut iudices examinatorum habentes soldos duos pro libra de pignoribus que uendunt ad incantum, ita habeant de cetero solum soldum

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

unum pro libra. Et dictus soldus unus qui defalchatur judicibus ueniat in com-
84 mune. Et si consilium etc. De parte alij—de non o—non sinceri 1.

46

Ἐπειδὴ πλεῖστοι ἐξαπατῶσι τὴν κυριαρχίαν, ἀγοράζοντες τιμάρια, ἱππαρχίας ἢ σερβενταρίας ἐν πλειστηριασμῷ καὶ μὴ ἐγγράφοντες ταύτας, ὡς ἔχουσι καθῆκον, συμφώνως πρὸς τοὺς ὅρους τῆς παραχωρήσεως, διατάσσονται ὁ δούξ, οἱ σύμβουλοι καὶ οἱ ρέκτορες Κρήτης, ὅπως ἐξετάσωσιν ἐπιμελῶς καὶ ἀνεύρωσι τοὺς οὕτω ἐξαπατῶντας τὴν κυριαρχίαν. Μετὰ ταῦτα νὰ ἐνεργήσωσιν, ὅπως ἡ κυριαρχία μὴ ἀπωλέσῃ τὰ δικαιώματά της. 1371, Μαρτίου 29.

Fo 114r Millesimo trecentesimo LXXI, die XXVIIII Maij.

Capta. Cum ad notitiam et aures dominacionis nostre nuper peruenerit quod multi sunt qui fraudauerunt commune nostrum in facto caballariarum et seruentariarum acceptarum per eos dehinc ad incantum tam in non presentando litteras
5 ad tempus quod debuissent, quam in non seruiendo pro ipsis caballarijs et seruentarijs, prout tenetur secundum formam concessionum sibi factarum et etiam multis alijs modis, et bonum sit in his tenere talem modum, quod dominacio habeat drictum suum; uadit pars quod committatur expresse duche et consiliarijs Crete et eorum successoribus ac etiam alijs rectoribus insule, quibus hoc spectaret
10 quod debeant diligentissime examinare et inquirere de predictis fraudantibus et qui fraudarunt quoquo modo commune nostrum. Et in hoc faciant et seruent sic quod commune nostrum super his habet drictum suum tam de tempore preterito et presenti quam futuro omni causa et dilatione remota. Non sinceri o—de non o
14 —omnes de parte.

47

Ἐπανέρχεται ἡ Γερουσία εἰς τὸ ζήτημα τῶν ὀφειλομένων ὑπὸ τῶν τιμαριούχων Κρήτης.

7.—Et committatur duche et consiliarijs et capitaneo Crete quod isto primo uiagio studeant et solicitent quod iste due galee celeriter armentur et expediantur ita quod uadant ad suum uiagium quam cicius esse potest. Secundo uero et tercio uiagio non possint ipse galee stare in Candida ultra dies octo quolibet uiagio ullo modo uel ingenio, saluo, si pro aliqua iusta et legiptima causa que occurreret. Uideretur duche et consiliarijs et capitaneo Crete uel maiori parti ellongari eis terminum per alios quatuor dies in secundo et tercio uiagio, quod in hoc casu possint per maiorem partem ellongare et dare ipsos quatuor dies pro uiagio sicut eis uel maiori parti utilius apparebit, habendo semper respectum quod compleantur sua tria uiagia ut dictum est pro bono terre et mercatorum.

8.—Et declaretur et statuatur ex nunc quod in aliquibus partibus non possint caricari in dictis galeis aliqua prohibita per ecclesiam ullo modo sub penis et ligaminibus ordinatis per consilia nostra.

9.—Quod dicte due galee de omnibus mercacionibus et hauere que de Candida portabuntur cum dictis galeis ad partes Baruti, et de partibus predictis conducentur in Candidam soluatur patronis predictis medietas nabuli eius quod est solitum solui ad uiagium Cipri tam eundo quam redeundo.

10.—Et teneantur patroni istarum duarum galearum habere ipsas galeas bene armatas et paratas ad terzarolum. Et de balistarijs et hominibus de pede ut sunt galee Culfi et committatur duche et consiliarijs et capitaneo Crete quod faciant ipsas caricari bene et diligenter, ita quod habeant ad plenum numerum suum possendo ducha, consiliarij et capitaneus imponere eis penam et penas ita quod sint bene armate et fulcite ut esse debent exigendo penas a contrafacientibus ita quod seruetur intentio terre.

11.—Capta. Et debeant iste due galee esse ad unum denarium istis tribus uiagijs et debeant ire ad istud uiagium ambe insimul uel diuise ad unam ad unam sicut uidebitur duche consiliarijs et capitaneo Crete uel maiori parti pro bono mercatorum et mercationum, non possendo propterea ellongare terminos superius limitatos et eundo insimul uel reperiendo se insimul faciant patroni capitaneriam ad zornatam.

12. — Capta. Quod pretium incantus istarum duarum galearum soluetur

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

nostro communi in tribus partibus uidelicet in reditu primi uiagij, unum tercium in Candida nostris comerclarijs Crete et aliud tercium in reditu secundi uiagij et ultimum tercium in reditu tercij uiagij, semper infra octo dies in quolibet termino sub pena soldorum duorum pro libra.

13.—Quod in partibus Baruti patroni dictarum galearum non possint recedere de partibus Baruti uel de galea ullo modo sub pena librarum mille pro quolibet contrafatiente et qualibet uice. Et de nocte sint semper in galea omni causa remota sub pena predicta pro quolibet contrafaciente et qualibet uice.

14.—In omni differentia que occurreret inter ducham consiliarios et capitaneum ita quod non possent terminare intret unus de camerarijs Crete secundum usum per texeras et pro expeditione facti.

15.—Item committatur comerclarijs Crete quod semper in octo dies in reditu galearum de partibus Baruti in quolibet uiagio exigantur nabula patronorum sicut facerent extraordinarij in Venecijs et mercatores soluant ad ipsum terminum sub pena soldorum duorum pro libra.

16.—Quod in facto mense ordinetur quod patroni accipiant nostris mercatoribus sicut seruatur in Venecijs, uidelicet tres grossos cum dimidio pro mercatore et grossum unum pro famulo.

17.—Quod galee predicte non possent deliberari ad incantum pro pautioribus libris sexaginta grossorum pro qualibet. 40-44 de non 39-37 non sinceri 3-3.

18.—Capta. Ut detur ordo pro tempore futuro et pro mercationibus et hauere que remanebunt in Venecijs a dictis duabus galeis ordinetur quod omnes qui uolent mittere cum nauigijs disarmatis mercationes et hauere subtile pro mittendo ad partes Crete pro uiagio Baruti possint illas mittere in bona gratia, soluendo de nabulo duo tertia communi sicut irent cum galeis in Candida et aliud tertium sicut melius poterunt esse concordes cum nauigijs disarmatis intelligendo quod ista subuentio duret post recessum istarum galearum usque per totum mensem Augusti proximi. Et ut adimpleatur intentio terre omnes mercationes que fuerint portate per modum predictum poni debeant per ducham et consiliarios in bonis magazenis sub suis clauibus et sigillo. Qui ducha et consiliarij ponant et poni faciant bene mentem quod non utantur ullo modo nisi ad uiagium Baruti cum istis galeis.

19.—Quod omnes iste prouisiones et ordines omnes capti et qui capientur pro hoc facto mittantur duche, consiliarijs et capitaneo Crete quibus expresse committatur quod faciant ipsos ordines et prouisiones bene et effectualiter obseruari pro bono terre et mercatorum. Ita quod adimpleatur intentio nostra et ultra penas predictas ut galee sint bene armate et fulcite et quod mercatores bene

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

tractentur. Et ut fiat intentio terre possit dictum collegium per maiorem partem imponere penam et penas ut eis uidebitur ita quod omnia procedant bene et ordinate secundum intentionem nostram.

20.—Et pro execucione omnium predictorum zurme galearum Culfi silicet grimane et donate expediantur quam cicius esse potest et uicecapitaneus ser Petrus Grimani et alius supracomitus culfi cum hominibus suis ascendant super duabus galeis deputatis ad traficum ponendo solum tot de hominibus suis super suis galeis subtilibus quod conducantur usque in Candidam ad nauarescham. Et ibi in Candida dicti uicecapitaneus et supracomitus ascendant cum suis zurmis super suis galeis subtilibus et ueniant ad custodiam culfi et dessignent galeas a trafico patronis suis.

21.—Et cum istis duabus galeis trafici possint caricari et leuari in Venecijs pro conducendo solum ad partes Candide omnes mercationes et hauere subtille quod potest ire cum galeis armatis, caricando predicta cum buletis solitis extraordinariorum, soluendo de nabulo, uidelicet res subtilles que non possunt ire cum nauibus soluant nabulum quod solent soluere galeis usque in Candidam. Omnes autem alie mercationes que ire possunt cum nauibus soluant duas partes nabuli soliti solui cum galeis armatis usque in Candidam. Nabula uero omnium mercationum et haueris que caricabuntur nunc in Venecijs super dictis galeis pro eundo in Candidam, sint nostri communis uti iustum est.

22. Capta. Item quod mercationes subtiles que caricabuntur hic in Venecijs super dictis duabus galeis que non possunt ire cum nauibus non possint discaricari in aliam partem nisi in Candidam. Et si in Candida illi quorum erunt uolent discaricare ipsas mercationes debeant poni in magazenis sub clauibus et sigillo duche, consiliarijs et capitaneo Crete, ita quod ipse mercationes nullo modo conducantur nisi ad uiagium Baruti et contrafacientes in aliquo dicto capitulo uel contentis in eo cadant ad partes et penas nouas contrabanorum cum omnibus ligaminibus et stricturis contentis in eis. Et cadant ad hoc tam patroni galearum quam mercatores qui contrafacerent ullo modo.

23. Et debeant iste due galee trafici caricare mercationes et hauere usque ad dies XXII mensis presentis et recesisse usque ad XXV dicti mensis Marcij presentis sub pena librarum centum ser Petro Grimani uicecapitaneo et aliarum librarum centum alteri supracomito.

De partibus istis omnibus fuerunt 77
De non 1
Non sinceri 5
Incantus galearum trafici.

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

Prima galea trafici de partibus Crete Barutum fuit deliberata nobili uiro ser Guillelmo Quirino pro libris 116 sold. 1 grossorum.

155 Secunda galea trafici fuit deliberata uiro nobili ser Tome Mozenigo ser Petri pro libris 124 sol. 1 grossorum.

Probati fuerunt duo patroni galearum in Rogatis et additione et ambo remanserunt.

159 Ser Moyses Mauroceno, ser Francischinus Mozenigo.

23

Εὐκολίαι παρεχόμεναι εἰς τοὺς ἐμπόρους. 1374, Μαρτίου 17.

F° 90r Millesimo trecentesimo LXXIIII, die XVII Martij.

Capta. Quod iuxta solitum subueniatur mercatoribus nostris conuersantibus in partibus Nigropontis, Crete, Coroni et Mothoni et Romanie basse, quod cum cere et alie sue mercationes que possent uenire cum ordine non potuerint de
5 dictis partibus recedere propter deffectum nauigiorum. Terminus recedendi qui est per totum mensem Aprilis proximi elongetur per totum mensem Maij pro-
7 ximi secundum usum et si consilium etc.

24

F° 90r Διατάσσεται ὁ καπετάνος τῆς 'Αδριατικῆς, περὶ τῆς ἐπιστροφῆς εἰς Βενετίαν τῶν παλαιῶν κατέργων καὶ τῆς μπόκολας πρὸς παροπλισμόν, ἀφ' οὗ ἐξέλιπεν ὁ κίνδυνος προσβολῆς τῶν Γενουαίων καὶ ἀφ' οὗ ἀπεστάλησαν δύο ἐξωπλισμένα κάτεργα πρὸς φρούρησιν τῆς 'Αδριατικῆς. 'Επίσης γίνεται γνωστὸν εἰς τὸν αὐτὸν καπετάνον, ὅτι ἐντὸς βραχέος χρόνου θὰ ἀποσταλῶσι δύο κάτεργα εἰς Κρήτην διὰ τὸ ἐμπόριον μετὰ τῆς Βηρυττοῦ, καὶ ἀνατίθεται εἰς τοῦτον ἡ ἀσφάλεια αὐτῶν. 1374, Μαρτίου 17.

25

Πρὸς τὸ συμφέρον τῆς Κρήτης καὶ ὅπως πεισθῶσι νὰ μετοικήσωσι τεχνῖται δίδεται ἐξουσία εἰς τὸν δοῦκα, τοὺς συμβούλους καὶ τὸν καπετάνον Κρήτης, ὅπως ἀποφασίζωσιν ἐν πλειοψηφίᾳ 3 : 1 πρὸς παροχὴν εἰς τοὺς ἐρχομένους νὰ κατοικήσωσι ἐλευθερίας καὶ ἀσυδοσίας ἀπὸ πάσης πραγματικῆς ἢ προσωπικῆς ἀγγαρείας. Εἰς τοὺς ἐν λόγῳ τεχνίτας δὲν συμπεριλαμβάνονται οἱ ὑπήκοοι, οἱ ὁποῖοι ἤθελον μετοικήσῃ ἐκ Βενετοκρατουμένων μερῶν. 1374, Μαρτίου 17.

F° 92to Millesimo trecentesimo LXXIIII, die XVII Marcij.

Quod pro faciendo bonam insulam nostram Crete et pro reducendo in ea homines artifices, qui sunt multum utiles et fructuosi, committatur duche, consiliarijs et capitaneo quod circa hoc sint soliciti et studiosi pro bono status nostri
5 habente collegio predicto libertatem per maiorem partem, silicet de quatuor tribus, dandi franchisias et immunitates illis qui uenient, quod sint absoluti ab angarijs realibus et personalibus deinde per illum modum et tempus et sicut uidebitur

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

eis uel maiori parti pro bono insule nostre predicte non intelligendo in hoc aliquem subditum et fidelem nostrum, qui recederet de locis nostris. 41-42—de non 34-37—non sinceri 11-7.

26

Ὁ Ἰωάννης Πιζάνης ἀναφέρει, ὅτι ἀγοραστὴς αὐτὸς ἐν πλειστηριασμῷ διαφόρων κτημάτων ἐπαναστατῶν, ὑπέστη πολλὰς καὶ διαφόρους δαπάνας διότι εὗρε ταῦτα κατεστραφέντα καὶ ἐμπρησθέντα κατὰ τὴν ἐπανάστασιν. Διὰ τὰ κτήματα ὅμως ταῦτα ἐπλήρωσε διαφόρους δόσεις εἰς τοὺς ρέκτορας καὶ ἐξηκολούθησε νὰ πληρώνῃ ἀπὸ καιροῦ εἰς καιρὸν ὅταν ἠὐκολύνετο. Οὕτω ἔμεινε χρεώστης τῶν ὀφειλομένων ὑπολοίπων δόσεων, οὗ ἕνεκα ἐδιώχθη καὶ ἐφυλακίσθη, εἰς τρόπον ὥστε ἐξηναγκάσθη νὰ πωλήσῃ ἡμίσειαν ἱππαρχίαν εἰς τὸν εὐγενῆ σὲρ Ἰωάννην Μιχαὴλ ἐκ Βενετίας, ὅστις κατέθεσε εἰς χεῖρας τῶν ταμιῶν χίλια ὑπέρπυρα, πρὸς ἐξασφάλισιν τῶν ὀφειλομένων δόσεων. Ἐξαιτοῦνται οἱ ἀνωτέρω νὰ ἀναγνωρισθῇ ἡ ἀγοραπωλησία καὶ νὰ ἐγγραφῇ ἡ ἡμίσεια ἱππαρχία ἀποτελουμένην ἐκ τριῶν σερβενταριῶν εἰς Καλορὸ ἐπ' ὀνόματι τοῦ Μιχαήλ.

Ἡ Γερουσία ἀκούσασα τὴν γνώμην ρεκτόρων ἐν Κρήτῃ ἀποφαίνεται νὰ γίνῃ δεκτὴ ἡ αἴτησις τοῦ Πιζάνου. 1374, Ἀπριλίου 6.

F° 94^to^ Millesimo trecentesimo LXXIIII, die sexto Aprilis.

Capta. Cum sicut exponit nobilis uir ser Johannes Pisani ciuis et fidelis noster pro reparatione aliquorum locorum rebellium per eum acceptorum ad incantum a dominatione nostra, fecerit multas et uarias expensas quia illa inuenit destructa et cremata occasione rebellionis, pro quibus soluit aliquas pagas nostris rectoribus et sic libenter continuasset de tempore in tempus si possibilitatem habuisset, set propter eius strictam et debilem condicionem ullo modo habet unde soluere reliquas pagas per eum communi nostro debitas. Ob quam causam de mandato dictorum rectorum intromissus fuit et ductus usque ad carceres, unde necessitate compulsus conuenit cum nobile uiro ser Johanne Michaele de Venecijs, cui uendidit dimidiam cauallariam de predictis suis locis cum condicione quod idem ser Johannes Michael deponeret yperpera mille in deposito camerarijs communis pro securitate pagarum quas dare debet nostro communi, que quidem yperpera dictus ser Johannes Michael iam deposuit in dicta camera, donec per dominationem nostram scribetur predicto regimini Crete quod dicta dimidia cauallaria scribatur et catasticetur dicto ser Johanni Michaeli. Et ultra hoc dictus ser Johannes Michael contentetur dare fideiussionem idoneam dictis camerarijs de tempore in tempus ad soluendum dictas pagas nostro communi. Et propterea supplicauerit nobis quatenus consideratis predictis ac eius necessitate extrema dignaremur eidem gratiam facere specialem et ordinare quod dicta dimidia cauallaria scribatur et catasticetur eidem ser Johanni Michaeli. Ad que respondent ser Donatus Mauro consiliarius Crete et ser Johannes Capello uiceconsiliarius non impediente se ser Giberto Dandulo uiceducha quod possibilitas supradicti

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

Johannis Pisani est ita stricta quod nullo modo potest satisfacere nostro communi pagas suas in tanto quod opportet cum aut absentare se aut permittere se carceribus mancipari. Et ideo si eidem fiat gratia uendendi dicto ser Johanni Michaeli nobili et ciui nostro dictas seruentarias tres de Caloro, erit bonum et utile pro communi, quia per hunc modum commune nostrum habebit plenarie pagas suas et ubi etiam habet unum nobilem Venetum nunc habebit duos qui facient residentiam in dicta terra. Et similiter consulunt sapientes Crete quod dicto ser Johanni Pisani predicta gratia sit fienda pro utilitate et bono communis intelligendo quod predictus ser Johannes Michael teneatur monstrare uarnicionem et facere residentiam deinde pro sua parte ut tenebatur idem ser Johannes Pisani; uadit pars quod fiat gratia eidem Johanni Pisani uendendi supradicto ser Johanni Michaeli predictas tres seruentarias prout dicunt et consulunt consiliarij et sapientes Crete supradicti.

27

F°94ω Ὁ Τζανάκης Δάνδαλος ἐκ Χάνδακος κληρονόμος τοῦ ἀδελφοῦ του Ἰακωβέλλου Δανδόλου ἀναφέρει, ὅτι ὁ ἀδελφός του εἶχεν ὑποθηκεύσει οἰκίας τινὰς ἀντὶ λιτρῶν 1013. Μετὰ τὴν πληρωμὴν τῶν 1013 λιτρῶν αἱ οἰκίαι ὤφειλον νὰ περιέλθωσιν εἰς τὸν Τῖτον Βενιέρην ἡ δὲ κυριαρχία διέταξε νὰ πληρωθῶσι εἰς τὸν Τζανάκην αἱ 1013 λίτραι ἐκ τῶν ἐνοικίων τῶν οἰκιῶν, τὰς ὁποίας ἠγόρασεν ἐν πλειστηριασμῷ ὁ σὲρ Ἰάκωβος Γριμάνης.

Ἡ πληρωμὴ αὕτη γενομένη ἐντὸς δέκα ἐτῶν θὰ ἦτο ἐπιζήμιος δι' αὐτόν. Ἐπειδὴ δὲ εἶχον εἰσπραχθεῖ ὑπὸ τοῦ ταμείου Κρήτης τὰ 400 ὑπέρπυρα ἐξ ἐνοικίων τῶν οἰκιῶν τούτων μετὰ τὴν ἐπανάστασιν, πρὸ τῆς ὁποίας εἶχον πωληθεῖ, αἰτεῖται ὁ Τζανάκης, ὅπως τὰ 400 ταῦτα ὑπέρπυρα δοθῶσιν αὐτῷ, ὅπως πληρωθῇ, ἀφοῦ ὀλίγα ὑπολείπονται πρὸς ἐξόφλησιν, τὰ ὁποῖα εὐχαριστεῖται νὰ λάβῃ κατὰ βούλησιν τῆς κυριαρχίας. Εἰς ταῦτα ἀπήντησαν ὁ Φραγκῖσκος Μοροζίνης τέως δοὺξ Κρήτης καὶ οἱ σύμβουλοί του, ὅτι ἡ αἴτησις τοῦ Τζανάκη εἶναι λογική, τιμία καὶ παραδεκτέα. Διὰ τοῦτο τὰ εἰσπραχθέντα 380 ὑπέρπυρα, γρόσιον 1 μικρὰ 12 ἐξ ἐνοικίων τῶν οἰκιῶν τούτων καὶ ὅσα μένουν νὰ εἰσπραχθῶσι νὰ δοθῶσι εἰς τὸν ἐν λόγῳ Τζανάκην εἰς συμψηφισμὸν τῆς πληρωμῆς τῶν 1013 λιτρῶν. Τὰ δὲ ἐναπομένοντα νὰ πληρωθῶσι ἐκ τῶν δόσεων τὰς ὁποίας θὰ δίδῃ τοῦ λοιποῦ ὁ Ἰάκωβος Γριμάνης ὡς τίμημα τῶν οἰκιῶν τούτων. Εἰς ταῦτα συμφωνοῦσι καὶ οἱ οἰκονομικοὶ ὀφφικιοῦχοι (officiales rationum). Ἡ Γερουσία λαμβάνουσα ὑπ' ὄψει τὰ ἀνωτέρω ἀποφαίνεται ὑπὲρ τῆς παραδοχῆς τῶν προτεινομένων. 1374, Ἀπριλίου 6.

28

F°96to Ὁ Παῦλος Κονταρίνης ἐκ Χάνδακος μετέβη εἰς Βενετίαν ὅπως λάβῃ μέρος εἰς τὸν πόλεμον τῆς Παδούης δαπάναις αὐτοῦ καὶ τεθῇ ἐπὶ κεφαλῆς βαλλισταρίων. Εἰς τὸ στρατόπεδον παρέμεινεν ἐπὶ δύο μῆνας, μετὰ τοὺς ὁποίους ἠσθένησε ἐπὶ τέσσαρας μῆνας καὶ πλέον. Κατὰ τὴν ἀσθένειαν ταύτην ἐδαπάνησε ὅσα εἶχε. Βραδύτερον κατὰ τὴν ἐπανάστασιν τῆς Κρήτης ὡσαύτως ἐπεδείξατο καλὴν διαγωγήν, ὡς τοῖς πᾶσι γνωστόν, ἡ δὲ Δουκικὴ κυριαρχία, κατὰ τὸ σύνηθες, τοὺς καλῶς φερομένους εὐεργετεῖ πρὸς παραδειγματισμὸν τῶν ἄλλων. Διὰ ταῦτα λαμβάνουσα ὑπ' ὄψει τὰ ἀνωτέρω καὶ προηγουμένας ἀποφάσεις περὶ παραχωρήσεως ὀφφικίων καὶ εὐεργετημάτων ἐν Κρήτῃ,

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

ἀνακαλεῖ τὴν προκήρυξιν περὶ πληρώσεως ὀφφικίων διὰ νὰ δυνηθῇ ὁ ἐν λόγῳ Παῦλος Κονταρίνης νὰ λάβῃ, λόγῳ χάριτος, τὴν καστελλανίαν Νεοκάστρου (Castri noui) ἐν Κρήτῃ ἐπὶ τόσον διάστημα, ἐφ' ὅσον θελήσῃ ἡ κυριαρχία. 1374, Ἀπριλίου 11.

29

Δίδεται ἐντολὴ εἰς τὸν Πέτρον Γριμάνην ὑποκαπετάνον, τοποθετούμενον ἐπὶ κεφαλῆς τῶν δύο κατέργων πρὸς ἐμπορίαν ἐν Ἀνατολῇ (ἀριθμοῦ 22). Οὗτος συμφώνως πρὸς τὰς διαταγὰς θέλει καταπλεύσῃ εἰς Χάνδακα καὶ ἐντὸς τριῶν ἡμερῶν ἀπὸ τῆς ἀφίξεώς του θέλει παραδώσῃ τὰ κάτεργα εἰς τὸν πάτρωνα τοῦ ἐμπορίου, ἐπὶ ποινῇ λιτρῶν 200 ἐκ τῆς περιουσίας του. Ἐν συνεχείᾳ χωρὶς νὰ χρονοτριβήσῃ ἐπιβαίνων ἄλλων ἐλαφρῶν πλοίων τοῦ στόλου του ἐπιστρέψῃ εἰς συνάντησιν τοῦ καπετάνου τῆς Ἀδριατικῆς καὶ τεθῇ ὑπὸ τὰς διαταγάς του. Παρὰ ταῦτα ἐὰν καθ' ὁδὸν ἤθελε πληροφορηθῇ ὅτι τὰ κάτεργα, τὰ ἐμπιστευθέντα εἰς αὐτόν, διατρέχουσι κίνδυνον, δύναται νὰ χρονοτριβήσῃ ἐξασφαλιζόμενος εἰς λιμένα τινα. 1374, Ἀπριλίου 15.

F° 98t° Millesimo trecentesimo LXXIIII, die XV Aprilis. 1

Capta. Quod in bona gratia pro expeditione duarum galearum trafici fiat commissio ser Petro Grimani uicecapitaneo nostro quod cum duabus galeis sibi commissis uadat secundum ordines captos usque in Candidam et cum applicuerit in Candida debeat infra terciam diem dedisse et consignasse galeas suas patronis trafici sub pena librarum CC in suis bonis et non perdendo tempus aliquod, habitis alijs galeis suis subtilibus uadat ad reperiendum capitaneum nostrum Culfi et sit ad suam obedientiam et mandatum.

Insuper committatur dicto uicecapitaneo quod in ista uia sua det operam de sentiendo de nouis pro securitate sua. Et si propter aliqua noua dubia que sentiret uideretur sibi de temporizando et supersedendo in aliquam partem per aliquos dies pro bono galearum mercatorum et haueris; in hoc faciat ut sibi securius et melius apparebit.

30

F°103r Ὁ Τζανίνος Δάνδολος τοῦ Λαυρεντίου ἠγόρασεν ἐν πλειστηριασμῷ κτήματά τινα ἐν τῇ περιοχῇ Χανίων, ἀνήκοντα εἰς ἐπαναστάτας, προέκυψεν ὅμως μετὰ τὸν πλειστηριασμὸν ὅτι μέρος τῶν κτημάτων τούτων εἶχε δοθῇ ὑπὸ τοῦ εὐγενοῦς Μάρκου Ἰουστινιάνου τέως ρέκτορος Χανίων πρὸς τὸν εὐγενῆ Μᾶρκον Μινῶτον πρὸς ἐξόφλησιν χρέους δεδικασμένου. Ἕνεκα τούτου ὁ Τζανίνος Δάνδολος δὲν ἠδυνήθη νὰ λάβῃ τὴν κατοχήν. Ἐπειδὴ εἶναι πρέπον νὰ δοθῇ διέξοδος εἰς τὸ ζήτημα τοῦτο, ἀποφασίζεται νὰ δοθῇ εἰς τὸν ρέκτορα ἀντίγραφον τοῦ πλειστηριασμοῦ καὶ πίναξ τῶν κτημάτων, τὰ ὁποῖα ἐπωλήθησαν εἰς τὸν Τζανάκην Δάνδολον, μεταξὺ τῶν ὁποίων εὑρίσκονται καὶ ὅσα ἔλαβεν ὁ Μᾶρκος Μινῶτος παρὰ τοῦ ρέκτορος, διαταχθῇ δὲ ὁ ρέκτωρ, ὅπως ἀκούσῃ ἀμφοτέρων τὰ δίκαια καὶ ἐξετάσῃ τὰ ἔγγραφα καὶ μάρτυρας καὶ οἷον δήποτε ἤθελε νομίσῃ. Μετὰ τὴν ἐξέτασιν ταύτην, ἐὰν ὁ ρέκτωρ ἤθελε κρίνῃ ὅτι μέρος τῶν κτημάτων κακῶς κατελήφθησαν ἢ ἐκρατήθησαν παρά τινων ἐπί τινα χρόνον, νὰ ἐξαναγκάσῃ τὴν ἐπιστροφὴν τῶν εἰσοδημάτων εἰς τὴν κοινότητα τὰ ὁποῖα κακῶς καὶ ἐναντίον παντὸς δικαίου ἔλαβέ τις. 1374, Ἀπριλίου 26.

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

31

Ἀγγέλλεται ἡ ἄφιξις τῶν δύο κατέργων. (ἀριθμοῦ 22). Διατάσσονται ὁ δούξ, οἱ σύμβουλοι καὶ ὁ καπετάνος Κρήτης, ὅπως ἅμα ὡς προσορμισθῶσιν ἐν Κρήτῃ καὶ ἀφοῦ φορτωθῶσι ἐκλεγῶσι δώδεκα εὐγενεῖς Βενετοὶ ἐκ τῶν καλυτέρων. Συνερχόμενοι οὗτοι εἰς συμβούλιον νὰ ἐξετασθῶσιν οἱ τυχὸν ὑπάρχοντες κίνδυνοι, ἐὰν δὲ ἤθελον κρίνῃ ὅτι τοιοῦτοι κίνδυνοι δὲν ὑφίστανται, νὰ ἐπιτρέψωσι τὸ ταξίδιον ἐν ὀνόματι Κυρίου, ἐὰν τοὐναντίον ἔβλεπον κίνδυνόν τινα καὶ τὸ ταξίδιον προεμηνύετο ἐπικίνδυνον νὰ κατακρατήσωσι τὰ κάτεργα ἐπί τινας ἡμέρας καὶ νὰ προβλέψωσι περὶ τῆς ἀσφαλείας αὐτῶν, δίδοντες ἓν ἢ περισσότερα κάτεργα τῆς Ἀδριατικῆς, ὅπως συνοδεύσωσι ταῦτα. 1374, Ἀπριλίου 26.

F° 103to Millesimo trecentesimo LXXIIII, die XXVI Aprilis.

Cum in proximo sint cum dei gratia recessure iste due nostre galee trafici super quibus ibunt multi mercatores nostri et hauere in maxima quantitate, ita quod ipse galee erunt ditissime, sicut clare comprehendi potest. Et super omnia sit uigilandum ad securitatem earum propter dubia galearum que sunt extra, quarum intencio et propositum sciri non potest; uadit pars quod committatur duche et consiliarijs et capitaneo Crete tam nouo quam ueteri, quod cum ipse galee applicuerint in Candidam uel caricatis ipsis galeis quando eis uidebitur melius debeant elligere apud eos XII de nostris nobilibus Veneciarum qui sibi uidebuntur de melioribus, sufficientioribus et notabilioribus. Et conuocato dicto consilio uel collegio debeant examinare omnia noua et pericula existentia deinde, quia melius deinde poterunt scire noua quam nos dehinc. Et si non habebunt aliquid de nouo notabile, per quod sit dubitandum de duabus galeis nostris predictis, in Christi nomine permittant eas sequi uiagium suum secundum ordines datos. Si uero uideretur dicto collegio uel maiori parti pericula notabilia uel dubia esse in mitendo ipsas galeas habet ipsum collegium libertatem per maiorem partem retinendi ipsas galeas per aliquos dies et prouidendi etiam de securitate earum uel per uiam dandi eis aliquam uel aliquas de galeis culfi uel aliter, sicut dicto collegio securius et melius apparebit.

Capta. Ser Johannes Miani, ser Leonardus Bembo ser Marcus Geno ser Bertucius Contareno uolunt ut supra per totum, saluo quod de galeis culfi nullo modo fiat aliqua mentio et predicta sint in libertate duche, consiliariorum et capitaneo Crete uel maioris partis. Et si aliqua differentia foret inter eos ita quod terminare non possent intret unus de camerarijs Crete per texeram secundum usum. De non 1.—Non sinceri 6.

32

Ὁ εὐγενὴς Δομήνικος Βραγαδῖνος ἐκ Ρεθύμνου ὑποστὰς μεγάλας ζημίας ἐκ τῆς ἐπαναστάσεως καὶ μεταβὰς εἰς τὸν πόλεμον τῆς Παδούης μετὰ πεντήκοντα τοξοτῶν ἠσθένησε, δαπανήσας πάντα τὰ χρήματά του. Ἡ κυριαρχία ἀναγνωρίζουσα τὰς ὑπηρεσίας του ἀναστέλλει τὴν ἰσχὺν τῆς ἀπαγο-

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

ρεύσεως τῆς ἀπονομῆς ὀφφικίων καὶ εὐεργετημάτων, ὅπως δυνηθῇ νὰ παραχωρήσῃ χάριτά τινα εἰς αὐτόν. 1374, Μαΐου 25.

F°107t° Millesimo trecentesimo LXXIIII, die XXV meusis Maij. 1

Capta. Cum nobilis uir Dominicus Bragadino habitator Rethimi, sequens uestigia suorum progenitorum semper fuerit fidelissimus et bene dispositus ad honores et seruitia communis Venetiarum et post rebellionem Crete fuit captum et ordinatum Lefrerne ruinarentur et dishabitarentur cum aliquo circuitu, quem locum pater suus et ipsi habebant a communi Venetiarum soluendo annuatim certam quantitatem pecunie, propter quam ruinationem receperunt damna magna, quia uillani et alij debitores eorum, qui stabant ibi, iuerunt et se reduxerunt ad modo Caneas, ita quod nihil potuerunt habere ab eis, ut notum est, in tantum remanserunt in totum deserti, ultra predicta, sentiens ipse Dominicus de guerra Padue cum Ducali dominio, ipse accensus magna fidelitate sponte se obtulit uenire et uenit Venetias ducendo secum arcerios quinquaginta ad seruitium communis Venetiarum sicut est manifestum per litteras rectoris Rethimi. Et existens ad bastitas communis Venetiarum recepit infirmitatem maximam in personam suam quasi ad mortem, ex quo recepit expensas magnas, et sicut est dispositum facere, dum uita erit corpori, cum omnibus suis in honorem et statum communis Venetiarum. Et quia Ducale dominium est solitum bene facientes habere recommissos, pro bono exemplo aliorum; uadit pars, pensatis meritis suis quod strictura beneficiorum et officiorum reuocetur in tantum quod possit fieri gratia dicto Dominico de illis rebus deinde per illum modum et sicut uidebitur Ducali dominio et consilijs ordinatis. De non 9.—Non sinceri 1.

33

Περὶ τοῦ ὑπευθύνου διὰ τὴν πληρωμὴν τῶν χρεῶν τοῦ ποτὲ Βαρθολομαίου Βενιέρη ἐκ Χανίων υἱοῦ τοῦ ποτὲ Μάρκου, φυσικοῦ ἀδελφοῦ τοῦ ποτὲ Τίτου Βενιέρη. 1374, Ἰουνίου 2.

F°112t° Millesimo trecentesimo LXXIIII, die tertio mensis Junij. 1

Capta. Cum nobiles uiri ser Paulus et Marcus Uenerio fratres commissarij quondam Bartholomei de Uenerio de Canea, filij quondam Marci Uenerio de Canea; qui Marcus Uenerio fuit frater naturalis quondam Titi Uenerio, exposuerint Ducali dominio, quod sicut est manifestum in millesimo trecentesimo quadragesimo nono mensis Octubris, indictione tertia die 24. Ser Nicolaus Uenerio maior uenit ad pacta et conuentiones cum Tito et Marco Uenerio nepotibus suis, quod ipse ser Nicolaus Uenerio fuit contentus dare et consignare et scribi facere dictis nepotibus suis omnia sua bona immobilia cum suis habentijs et pertinentijs et uillanis cum conditione quod dicti nepotes sui soluere deberent omnia sua

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

debita, in quibus tenebatur ipse ser Nicolaus Uenerio, que sunt multa et diuersa, sicut in carta pactorum inde factorum scripta et roborata manu Georgij de Mediolano notarij cancellarie Crete plene continetur. Postea uero in millesimo trecentesimo sexagesimo primo mensis Martij die septimo indictione XIIII. Titus Uenerio uenit ad pacta et conuentiones cum Marco Uenerio naturali predicto de Canea in hunc modum, uidelicet; quod Titus Uenerio fuit contentus soluere debita dicti quondam ser Nicolai Uenerio, et Marcus Uenerio naturalis predictus consensit et dedit in partem dicto Tito meliorem et plus auantazatam partem et maioris ualoris quam pars, que remansit ipsi Marco, sicut constat per cartam uel instrumentum partitionis et pactorum factam et roboratam manu Marci Luciano, olim cancellarij Canee iu millesimo indictione et die predictis. Post uero rebellionem Crete comparuerunt coram rectoribus Canee aliqui de creditoribus quondam dicti ser Nicolai Uenerio maioris, molestare uolentes dictum Marcum Uenerio de Canea, uel partem suam, que erat libera et francha, et non tenebatur ad aliqua debita, ut dictum est; et istud faciebant ipsi creditores, quia pars Titi Uenerio erat posita in commune et non poterant habere regressum contra eam. Et sicut notum est, non fuit aliquis rectorum Canee, qui uoluerit facere aliquam nouitatem dicto Marco Uenerio naturali, uidendo clare iura sua, et cartas, instrumenta et pacta loquentia super hoc, ymo rectores Canee semper habuerunt partem ipsius Marci Uenerio naturalis fore libera, et non teneri ad aliqua debita supradicta. sicut poterit sciri a rectoribus Canee quibus fuerunt presentate plures sententie de predictis, sed ipsi rectores et specialiter ser Marcus Justiniano olim rector ibi, noluerunt facere aliquam nouitatem. Et quia secundum quod asserunt commissarij predicti commissaria dicti Bartholomei Uenerio quondam filij Marci Uenerio naturalis predicti per formam dictorum pactorum, instrumentorum et cartarum debet esse libera et francha pro sua parte. Et pars Titi Uenerio, que uenit eis commune, debet esse ad ista debita obligata. Propterea supplicauerunt dicti commissarij, nomine dicte commissarie quod dignaremur ordinare, uel quod carta partitionis et pactorum remaneat firma, ualida, sicut fecit Titus et Marcus Uenerio, ita quod commune Venetiarum, quod habuit partem Titi Uenerio teneatur ad id quod tenebatur Titus Uenerio predictus, ita quod eis transeant cum onere suo; uel quod partitio de bonis predictis fiat iusta et equalis a capite, et quod omnia ipsa bona ponantur insimul et diuidantur cum onere suo, ut iustum est. Cui expositioni uel supplicationi responsionem fecerunt et consuluerunt sapientes Crete in hunc modum; uidelicet quod uoluerunt uidere et examinare omnia facientia ad istud factum, scilicet pacta, que primo fecerunt ser Nicolaus Uenerio maior cum Tito Uenerio, et Marco Uenerio naturali et alias conuentiones et

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

pacta inter Titum Uenerio ex una parte et Marcum Uenerio naturalem ex altera, et sicut apparet, facta diligenti examinatione, pars Titi Uenerio, quia fuit melior et plus auantazata, est obligata ad debita predicta dicti quondam ser Nicolai Uenerio maioris, sicut in instrumentis confectis ex hoc clare continetur. Et propterea consulunt ut nemini fiat obliquum contra ius, quod scribatur rectoribus Canee, quod supersedeant et nullam nouitatem faciant commissarie predicti Bartholomei Uenerio quondam filij Marci Uenerio naturalis pro debitis aliquibus quondam ser Nicolai Uenerio predicti, nec in possessionibus uel locis, que fuissent dicti quondam ser Nicolai Uenerio et uenissent in partem Marco Uenerio naturali predicto. Uerum scribatur rectori Canee et duche et consiliarijs Crete quod nobis scribant totum quicquid solutum fuit de debitis quondam ser Nicolai Uenerio predicti et ante compositionem et pacta, que Titus et Marcus Uenerio fecerunt ad inuicem et post ipsam compositionem, et id quod restat solui de ipsis debitis, ut quantum est capitale et quantum est pro pena uel usura et omnia alia facientia ad istud factum, ut habitis suis informationibus possit dari finis huic facto, sicut uidebitur esse iustum.

Uadit pars examinatis omnibus et singulis supradictis et intellecta etiam responsione ser Marci Justiniano, olim rectoris Canee quod fiat sicut consulunt sapientes Crete.

34

Fo 120r Ὁ Μᾶρκος Νταλλεμπελλεντόνε (Dalle Belledone) ἐκ Χάνδακος ἔλαβε παρὰ τοῦ ποτὲ Βενεδείκτου Τζάνε τὸ ἥμισυ οἰκίας κειμένης ἐν Χάνδακι ἐν τῇ συνοικίᾳ τῆς Ἁγίας Μαρίας τοῦ Valverde. Τὸ ἥμισυ τοῦτο εἶχε λάβῃ ὁ Τζάνες παρὰ τῆς κοινότητος εἰς ἀνταλλαγὴν τετάρτου σερβενταρίας ἥτις ἀνῆκεν εἰς Τζαννάκην Ρίζον. Ὁ Μᾶρκος ἔλαβε τὸ ἥμισυ τοῦτο τῆς οἰκίας ἐπὶ ἐτησίῳ ἐνοικίῳ δουκάτων χρυσῶν 25 διὰ μίαν δεκαετίαν, μετὰ παρέλευσιν τῆς ὁποίας θὰ ἀπέμενεν εἰς τὴν κυριότητα τοῦ Μάρκου, ὅστις θὰ ἐτέλει τὰς τιμαριωτικὰς ὑποχρεώσεις. Ἤδη ἀναφερόμενος παρακαλεῖ τὴν κυριαρχίαν, ὅπως τὸ ἥμισυ τοῦτο τῆς οἰκίας ἐγγραφῇ εἰς τὰ κατάστιχα ἐπ' ὀνόματι τοῦ Μάρκου, ἀφ' οὗ ὁ Β. Τζάνες ἀπεβίωσε καὶ ἡ χήρα αὐτοῦ καὶ ἡ οἰκογένεια θὰ ἐδυσκολεύοντο νὰ τελῶσι τὰς τιμαριωτικὰς ὑποχρεώσεις. Λαμβανομένων ὑπ' ὄψει τῶν ἀνωτέρω καὶ τῶν δαπανῶν τὰς ὁποίας ὑπέστη ὁ Μᾶρκος πρὸς ἐπισκευὴν τῆς οἰκίας, ἀποφασίζεται συμφώνως τῇ γνώμῃ τῶν εὐγενῶν Ἰωάννου Γραδενίγου δουκὸς Κρήτης καὶ τῶν συμβούλων, οἵτινες ἐρωτήσαντες τὴν χήραν ἐὰν ἔχῃ νὰ ἀντείπῃ εἰς τὴν αἴτησιν τοῦ Μάρκου, αὕτη οὐδὲν ἀπήντησεν κτλ. καὶ τὸν Ἰωάννην Πιζάνην ἐκτελεστὴν τῆς διαθήκης τοῦ Βενεδείκτου Τζάνε, ὅστις ἀπήντησεν ὅτι οὐδέν γνωρίζει, νὰ γίνῃ δεκτὴ ἡ αἴτησις τοῦ Μάρκου. 1374, Ἰουλίου 6.

35

Κανονισμὸς ἀποικιακῶν Κρήτης.

Περὶ προβλέψεως μεταφορᾶς εἰς Βενετίαν ἀποικιακῶν, ὅθεν δήποτε προερχομένων καὶ εὑρισκομένων ἐν Κρήτῃ.

Ἔπονται αἱ ὁδηγίαι εἰς τὸν πάτρωνα τοῦ ναυστάθμου Βενετίας, ὅπως ἐξοπλίσῃ δύο κάτεργα.

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

1ον Εἰς τὴν διοίκησιν Κρήτης ὅπως ἀποσταλῶσιν εἰς Βενετίαν, διὰ παντὸς ἀφωπλισμένου πλοίου πάντα τὰ αὐτόθι εὑρισκόμενα ἀποικιακά, πλὴν πιπέρεως καὶ ἄλλων μπαχαρικῶν.

2ον Καθορίζεται ὁ τρόπος τῆς ἀποστολῆς πιπέρεως καὶ ἄλλων μπαχαρικῶν.

3ον Περὶ χωριτικότητος τῶν πλοίων.

4ον Περὶ ἐπανόδου αὐτῶν εἰς Βενετίαν.

5ον Περὶ ἐξοπλισμοῦ καὶ τετάρτου κατέργου, ἐν ᾗ περιπτώσει τὰ ἀποικιακὰ εἶναι πολλά.

6ον Περὶ τοῦ χρόνου παραμονῆς εἰς Κρήτην τῶν κατέργων τούτων.

7ον Νὰ κοινοποιηθῶσι αἱ ἀνωτέρω διατάξεις εἰς πάντας τοὺς ῥέκτορας πρὸς γνῶσιν των. 1374, Ἰουλίου 1ῃ.

Ordo specierum Candide.

Fo123to Millesimo trecentesimo LXXIIII, die XIIII Julij.

Capta. Quia utile et necessarium est prouidere de mercationibus subtilibus que undecumque capitabunt ad insulam Crete quo modo et regula conduci possint Venetias, ut omnes se intelligant et sint preuisi factis suis; uadit pars quod in bona gratia mandetur patronis nostris Arsenatus quod parari et fulciri faciant duas de galeis ueteribus de mensura uiagij Romanie de melioribus de domo, que mitti debeant in Candidam ad nauarescham, cum hominibus XXV pro utraque, inter quos sit unum sufficiens caput pro qualibet, que XXV homines soldentur per nostros pagatores armamenti cum illo soldo cum quo melius poterunt pro communi. Et recedere debeant dicte galee ad longius usque dies x mensis Augusti proximi uerum in faciendo predictas mercationes conduci Venetias obseruetur hic modus uidelicet.

1. Quod scribatur regimini nostro Crete quod dare debeant licentiam omnibus nostris, possendi conducere et conduci facere Venetias cum quocumque nauigio disarmato quod deinde recedat usque per totum mensem Septembris proximi omnes suas mercationes subtiles exceptis pipere et speciebus minutis. Qui rectores teneantur caricari facere omnes dictas mercationes cum sua buleta, notificando nobis ordinate ea que caricabuntur et quantitatem eorum, ut fraus non committatur, quas mercationes patroni nauigiorum in quibus Veneti conducentur, teneantur cum applicuerint Venetias designare nostris officialibus extraordinariorum, qui ipsas poni faciant in bonis magazenis sub suis clauibus et sigillo, usque dies quatuor post aduentum galearum Venetias cum speciebus Candide, ad quod tempus designare debeant suprascriptas mercationes illis quorum erunt saluo quod granas statim dare et designare debeant mercatoribus quorum erunt.

2. De alijs uero mercationibus uidelicet pipere et speciebus minutis teneatur hic modus, quod in aduentu galearum trafici in Candidam tercio uiagio, tam omnes mercationes que tunc erunt super dictis galeis quam etiam omnes, que tunc reperientur in Candida, caricari debeant super dictis duabus galeis trafici et

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

super una istarum aliarum duarum missarum ad nauarescham. Et si mercationes superhabundarent a dictis tribus galeis, ita quod superhabundarent miliaria centum specierum uel inde supra; tunc caricari debeant super quarta galea, set si mercationes essent in tanta quantitate quod dicte quatuor galee non forent capaces, tunc caricari debeant per ratam tam mercationes conducte cum galeis trafici tercio uiagio quam alie reperte in Candida secundum ordines in galeis a mercato solitos obseruari.

3. In casu uero quo suprascripte galee non haberent suum plenum, ita quod dimitterent aliquam plazam quam in suo aduentu Venetias, nostri officiales extraordinarij uidere teneantur taxando pro illis plazis illud quod erit justum et rationabile; tunc taneant modum pro comodo nostri communis et ut est justum quod de omnibus mercationibus conductis cum nauibus soluatur pro rata ponderis illud tercium nabulum quod non soluerunt cum ipsis nauibus pro illa quantitate plaze, que fuisset taxata per officiales predictos.

4. Uerum ut detur ordo quomodo dicte galee conduci debent Venetias mandetur capitaneo nostro Culfi quod cum tribus suis galeis Venetijs se reperire dimittat in Candida ad tempus quo sibi uidebitur quod galee nostre trafici possint redijsse de Baruto, tercio uiagio uel ante et cum suis duobus supracommitis ascendat cum suis zurmis super tribus dictarum galearum de mercato, dimittendo pro qualibet suarum galearum culphi unum sufficiens caput cum XX hominibus, qui conducant ipsas Venetias quam cicius poterunt.

5. Pro armamento autem quarte galee mandetur regimini nostro Crete quod quamcicius poterunt armare debeant dictam quartam galeam quam melius poterunt pro communi ut cum alijs tribus possit uenire Venecias in casu quo habet miliaria centum specierum uel inde supra ut dictum est dando cuilibet soldato diete galee pagam duorum mensium, quia nostre intentionis est quod redeat in Candidam pro utendo traficum et solicitando ita armamentum galee predicte quod propter ipsam alie non portent sinistrum.

6. Preterea mandetur nostro capitaneo suprascripto quod pro comodo mercatorum et mercationum damus sibi libertatem possendi stare, postquam galee trafici tercio uiagio applicuerint in Candidam usque dies quinque secundum quod sibi uidebitur non possendo stare ultra dictos dies quinque per aliquem modum leuando in ueniendo Venetias omnes mercationes per Romaniam bassam secundum usum.

7. Et omnes ordines suprascripti mittantur dictis nostris rectoribus pro sua informatione reducendo eis ad memoriam et mandando quod circa expeditionem suprascriptarum galearum trafici secundo et tercio uiagio pro comodo nostri

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

communis et utilitate mercatorum sint et esse debeant uigiles et attenti. Non 6
67 —non sinceri 9.

36

Ἐπὶ αἰτήσεως ὑποβληθείσης εἰς τὴν κυριαρχίαν ὑπὸ τῶν Βενιέρων ἐκ Κρήτης περὶ τῶν Κυθήρων. Διατάσσονται ὁ δοὺξ καὶ οἱ σύμβουλοι νὰ προκηρύξωσι, ὅτι οἱ ἔχοντες δικαιώματα ἐπὶ τῆς νήσου Κυθήρων νὰ παρουσιάσωσι τοὺς τίτλους των. Ὁ δὲ δοὺξ καὶ οἱ σύμβουλοι νὰ ὑποβάλωσι τὴν κρίσιν των περὶ τοῦ εἰς ποῖον ἀνήκει ἡ νῆσος. 1374, Αὐγούστου 14.

F°131t° Millesimo trecentesimo LXXIIII, die XVII Augusti.

Capta. Intellecta peticione porrecta dominio per illos de cha uenerio de Creta super facto Cederici; uadit pars secundum consilium sapientum Crete quod scribatur duche et consiliarijs Crete quod debeant facere proclamari, quod quicunque
5 habet jus in ipso loco Cederici debeat comparere coram eis et diligenter examinare jura unius cuiusque et facere designari partem unicuique, que de jure spectabit sibi ponendo mentem quod commune nostrum non fraudetur in jure suo et examinando diligenter de parte nostri communis quid esset melius fieri an uendere illam an affictare uel aliud de ipsa facere. Rescribendo nobis suum
10 consilium super hoc et condicione dicte partis que remanebit in communi faciendo etiam castrum dicti loci custodiri ad expensas communes omnium, quibus
12 spectabit dictus locus Cederici.

37

Μεταφορὰ ἐλαφρῶν ἐμπορευμάτων εἰς Βενετίαν. Ὁδηγίαι διὰ τὴν ἀποστολὴν ἐκ Κρήτης. 1374, Σεπτεμβρίου 11.

F° 135r Millesimo trecentesimo LXXIIII, die XI Septembris.

Cum prouisum fuerit in hoc consilio de mittendo in Candidam duas galeas ad nauarescham, cum quibus et alijs duabus galeis trafici que sunt ibi possint conduci Venetias species existentes ibidem. Et posset occurrere quod tres ex ipsis
5 essent sufficientes pro dictis speciebus Venetias conducendis et propterea utile sit super hoc pro bono communis et continuando traficum et tenendo ipsum in culmine prouidere; uadit pars quod scribatur duche et consiliarijs Crete quod in casu quo ipse tres galee sint sufficientes ad conducendum ipsas species quod ipsam quartam galeam debeant facere incantari et dari plus offerentibus ad incan-
10 tum, non possendo dari siue deliberari pro paucioribus libris XX grossorum pro uiagio, regulando ipsam quartam galeam de illis modis ordinibus et condicionibus ita et taliter quod terra et mercatores habeant drictum suum. Et sit in libertate duche et consiliariorum Crete secundum inuiamenta que sperabunt posse reperire deinde faciendi nauigare ipsam galeam uno uel duobus uiagijs ad uia-
15 gium trafici Baruti et Sirie. Et in casu quo debeat ipsa galea facere duo uiagia

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

ordinetur ex nunc quod recessus secundi uiagij de Candida sit ad medium mensis Februarij proxime uenturi uel ante si fieri poterit faciendo illam nauigare cum illa quantitate hominum que uidebitur regimini Crete predicto, secundum inuiamenta que sperabunt, intelligendo quod non possint illam facere nauigare cum paucioribus centum hominibus. De parte 26.—Non 52.—Non sinceri 6.

38

Fo139r **Περὶ ἐπανεκλογῆς σοφῶν διὰ τοὺς ζημιωθέντας κατὰ τὴν ἐπανάστασιν τῆς Κρήτης. Θητεία αὐτῶν μέχρι 1ης Μαρτίου 1375. Ἀπαγόρευσις ἐκλογῆς ζημιωθέντων, πατρός, υἱῶν καὶ ἀδελφῶν αὐτῶν. 1374, Σεπτεμβρίου 26.**

Ἐξελέγησαν 2 Ὀκτωβρίου: Σὲρ Νικόλαος Πρεμαρῖνος.
Σὲρ Πέτρος Πιζάνης.
Σὲρ Μπελλέτος Γραδενῖγος.
Σὲρ Ἀντώνιος Μέμος.
Σὲρ Γιοῦστος Φωσκαρίνης.
Σὲρ Μᾶρκος Μέμος.

39

Fo138to **Ἐκλογὴ πέντε σοφῶν πρὸς μελέτην τῶν Κρητικῶν ὑποθέσεων. 1374, Ὀκτωβρίου 2.**

Ἐξελέγησαν: Σὲρ Βαρθολομαῖος Κουερίνης.
Σὲρ Ἀλβίζιος Μοροζίνης τοῦ ποτὲ Ματθαίου.
Σὲρ Μαρῖνος Καπέλλος.
Σὲρ Ἰάκωβος Γεώργιος ποτὲ Παγκράτη.
Σὲρ Μαρῖνος ντὲ Φαντζάγκο.

40

Fo154r **Γενομένης ἐκλογῆς μεταξὺ τῶν δύο σοπρακομίτων Ἀδριατικῆς διὰ τὰ κάτεργα Κρήτης, περὶ τοῦ ποῖος ἐκ τῶν δύο θὰ ἀπάρῃ πρῶτος δι' ἐκτέλεσιν ὑπηρεσίας τῆς κυριαρχίας.**

Ἐξελέγη ὁ σημειούμενος διὰ σταυροῦ: ✠ Σὲρ Δονάτος Στανιέριος.
Σὲρ Φριζόνιος Τζίνος. 1375. Ἰανουαρίου 20.

41

Τῇ αἰτήσει τοῦ εὐγενοῦς Φραγκίσκου Μπέμπου ἐπιτρέπεται εἰς αὐτὸν λόγῳ χάριτος νὰ μεταφέρῃ τρεῖς ἵππους του εὑρισκομένους ἐν Κρήτῃ, τοὺς ὁποίους εἶχε κατὰ τὴν ὑπηρεσίαν του ἐν Μεθώνῃ καὶ Κορώνῃ. 1375, Φεβρουαρίου 13.

Fo157to Millesimo trecentesimo LXXIIII, die XIII Februarij. 1

Capta. Quod ad supplicationem nobilis uiri Francisci Bembo ciuis nostri concedatur sibi de gratia quod tres suos equos, quos sicut exponit ad complementum Regiminis sui, Coroni et Mothoni pro exeundo de ipsis misit ad partes Crete ubi expediri non potuerunt cum damno suo propter magnas expensas ipso- 5

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

rum possit extrahere et extrahi facere de insula Crete pro expediendo ipsos, non conducendo uel conduci faciendo ipsos ad partes Syrie et constando quod sint illi equi, qui conducti fuerunt in insulam Crete. Et sic consulunt sapientes Crete.

42

Ἡ διοίκησις Κρήτης ἀναφέρει ὅτι λόγῳ ἐλλείψεως χρημάτων οὐδεμία ἐργασία ἐγένετο εἰς τὸν λιμένα. Ἕνεκα τούτου τὰ πλοῖα ἐν καιρῷ τρικυμίας διατρέχουσι κίνδυνον κτλ. Ἀποστέλλεται πλοῖον 350 χιλιάδων λιτρῶν, τὸ ὁποῖον πληρούμενον λίθων νὰ βυθισθῇ ἐν τῷ λιμένι ὡς ξυλεία καὶ ἄλλα ἀναγκαῖα.

Ἀποστέλλονται προσέτι δουκάτα 4000 εἰς κέρματα Τορνεζελίων διὰ πρώτης εὐκαιρίας. Ἀκόμη ἀποστέλλεται τεχνίτης ἱκανὸς ἀντὶ τοῦ ἀνικάνου Πέτρου Κασσίου. 1375, Φεβρουαρίου 13.

Ἐν συνεχείᾳ διατάσσονται ὁ δοὺξ οἱ σύμβουλοι καὶ ὁ καπετάνος, ὅπως λαμβάνωσιν ἀποφάσεις κατὰ πλειοψηφίαν, προκειμένου περὶ τοῦ λιμένος. Ἐν περιπτώσει ἰσοψηφίας νὰ προσκαλεῖται, ὅπως ἐκφέρῃ γνώμην εἷς τῶν ταμιῶν, ἡ γνώμη τοῦ ὁποίου θὰ ἀποφασίζῃ. 1375, Φεβρουαρίου 15.

F°157t° Millesimo trecentesimo LXXIIII, die quintodecimo Februarij.

Capta. Cum nobiles uiri ser Johannes Gradonico ducha Crete et eius consiliarij ac ser Thadeus Justiniano capitaneus Crete pluries scripserint dominationi nostre quod in laborerijs portus Candide nichil factum fuit nec fieri potest ob deffectum pecunie quam non habent et quod deffectum ipsius portus, nauigia manentia in dicto portu et extra tempore tempestatis subiacebant maximis periculis requirentes a nobis ipsi ducha, consiliarij et capitaneus Crete pecuniam necessariam pro ipso laborerio et quod de Venetijs mittantur Candidam duo marani mittendi Standeam ad onerandum de lapidibus necessarijs pro dicto portu, et una alia magna nauis uetus affundanda ubi necesse est in dicto portu etc. Super quibus quidem omnibus pro euitando multa pericula et damna que de facili incurrere possent occasione dicti portus, prouidendum est pro bono et securitate nauigiorum ibi applicancium; uadit pars consideratis predictis quod pro aptatione dicti portus ematur in Venecijs per patronos nostros arsenatus, unum nauigium de milliaribus trecentis et quinquaginta uel ab inde supra, quod sit sufficiens et bonum pro dicto opere et mittatur Candidam pro afundando ipsum oneratum lapidibus ubi necesse fuerit in dicto portu iuxta requisitionem dictorum duche consiliariorum et capitanei Crete. Et quod committatur eciam dictis patronis arsenatus quod debeant parari facere unam galeam magnam de melioribus que sint in arsenatu et que non sit amplius bona pro nauigando ad mercatum pro mittendo ipsam ad Standeam ad onerandum ipsam lapidibus necessarijs pro dicto opere portus, et quod dicta galea mitti debeat disarmata Candidam per solutores nostros armamenti per illum modum qui eis uidebitur pro bono et auantagio nostri communis. Et quod de Venecijs mittantur Candidam sartie,

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

lignamina et alia opportuna pro laborerio predicto, sicut uidebitur domino, consiliarijs capitibus de XL, sapientibus Crete et sapientibus ordinum, uel maiori parti ipsorum.

Et cum suprascriptum laborerium portus predicti non possit fieri absque pecunia, que nullo modo recuperari potest deinde, quod pro nunc de hinc mittantur Candidam ducati quatuor millia in tornesellis pro faciendo dictum laborerium, qui denarij mittantur Candidam per primum nauigium iturum deinde, quod uideatur dominationi bonum et sufficiens et quod de dicta pecunia non expendatur aliquid in alio negocio nisi in dicto opere portus.

Et cum predicti ducha et consiliarij et capitaneus Crete etiam pluries scripserint dominationi nostre quod de Venecijs mittatur eis unus bonus magister et sufficiens et in talibus expertus qui sciat bene disponere et ordinare predictum laborerium portus loco Petri Cassio magistri deputati ad dictum laborerium, qui est inutilis et insufficiens, quod mittatur patronis nostris arsenatus quod reperire debeant unum protomagistrum sufficientem et bonum et in talibus expertum et mittatur Candidam pro disponendo et ordinando dictum laborerium. De precio autem ipsius magistri prouidebitur sicut domino, consiliarijs, capritibus de XL, sapientibus Crete, sapientibus ordinum et patronis arsenatus uidebitur fore iustum. Et applicato dicto magistro Candidam ponatur loco alterius magistri insufficientis. De parte 43.—De non 0.—Non sinceri 2.

Millesimo trecentesimo LXXIIII, die XV Februarij.

Capta. Quod predicta omnia proxime superius capta pro laborerio portus Candide fiendi, committantur dicto duche, consiliarijs et capitaneo Crete, qui ordinent et terminent, sicut eis uel maiori parti eorum uidebitur fore utile et necessarium pro expeditione dicti laborerij, et si duo ipsorum forent de una opinione et alij duo de una alia, tunc ueniatur ad collegium ipsorum quatuor et unius camerarij Crete, et id quod per maiorem partem ipsorum terminatum fuerit sit firmum. Et predicta omnia que in dicto collegio fuerint terminata, solus capitaneus Crete teneatur et debeat execucioni mandare, cui capitaneo detur per dictos ducham et consiliarios omnis subuencio necessaria pro dicto laborerio exequendo, ad omnem requisicionem ipsius capitanei cui scribatur quod sit sollicitus ad exequendum et exequi faciendum predictum laborerium portus.

De parte dictorum sapientum Crete 51.—De non 0.—Non sinceri 4.

De parte infrascripta sapientum ordinum que iuit contra suprascriptam partem et non fuit capta.

43

Fo 157to Ἐπειδὴ ὁ δοὺξ καὶ οἱ σύμβουλοι ἐπιβαρύνονται πρὸς διεκπεραίωσιν τῆς ὑπηρεσίας των, ὁ δὲ καπε-

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

τάνος δὲν ἔχει τόσας ἀσχολίας, ἀνατίθεται εἰς αὐτὸν μόνον ἡ ἐπίβλεψις τῶν ἐργασιῶν τοῦ λιμένος. Διατάσσονται ὁ δοὺξ καὶ οἱ σύμβουλοι νὰ δίδωσιν εἰς αὐτὸν πᾶσαν αἰτουμένην ἐπιχορήγησιν. 1375, Φεβρουαρίου 15.

44

Περὶ τῆς κακῆς καταστάσεως τοῦ ναυστάθμου Χάνδακος ἥτις δύναται νὰ ἐπιφέρῃ μεγάλας καταστροφὰς λαμβάνεται πρόνοια. Πρὸς τοῦτο ἀποφασίζεται νὰ ἐκλεγῇ πάτρων τοῦ ναυστάθμου Κρήτης ὑπὸ τοῦ Μείζονος Συμβουλίου ἐπὶ διετεῖ θητείᾳ. Οὗτος θὰ τηρῇ ἐν τάξει πάντα τὰ ἀνήκοντα εἰς τὸν ναύσταθμον, θὰ ἐνεργῇ τὰς πληρωμὰς τῶν δαπανῶν τῆς ἐπισκευῆς τοῦ λιμένος καὶ θὰ προσπαθήσῃ διὰ τὴν ταχεῖαν διεκπεραίωσιν τῶν ἐργασιῶν. Θὰ καταγράψῃ πάντα τὰ ὑλικὰ τοῦ ναυστάθμου καθὼς καὶ τὰ ἔξοδα τὰ γενόμενα διὰ τὰς ἐπισκευάς. Μισθὸς αὐτοῦ ὑπέρπυρα 300 ἐτησίως, τὸν ὁποῖον θὰ λαμβάνῃ παρὰ τῆς διοικήσεως Κρήτης, ἐπίσης θὰ ἔχῃ κατοικίαν. Ὀφείλει νὰ διατηρῇ ἰδίαις δαπάναις ἕνα ὑπηρέτην, ἀπαγορεύεται εἰς αὐτὸν νὰ ἐμπορεύηται εἴδη σχετικὰ τοῦ ναυστάθμου καὶ λιμένος. Διὰ τὰ ὑπ' αὐτοῦ παραλαμβανόμενα ὑλικὰ καὶ χρήματα θὰ ὑπογράφῃ ἀποδείξεις. Ἡ διοίκησις Κρήτης ὑποχρεοῦται νὰ ἀποσπάσῃ νοτάριον ἱκανόν, ὅστις θὰ καταγράφῃ εἰς εἰδικὸν βιβλίον τὰς δαπάνας καὶ τὰ λαμβανόμενα χρήματα. Θὰ ὑπακούῃ εἰς τὸν δοῦκα, τοὺς συμβούλους καὶ τὸν καπετάνον Κρήτης. Εἰς οὐδένα ἐπιτρέπεται πλὴν τοῦ πάτρωνος νὰ ἔχῃ τὰ βιβλία δοῦναι καὶ λαβεῖν. 1375, Φεβρουαρίου 15.

F°157^to^ Millesimo trecentesimo LXXIIII, die XV Februarij.

Cum per ea que relata sunt et habentur de aliquibus scientibus defacto arsenatus Candide qui non tenetur in tam bono ordine quod rationes communis clare possint uideri quod cedit et cedere posset ad maximum damnum nostri communis et pro obuiando predictis bonum sit prouidere; uadit pars ut facta dicti arsenatus et portus fiendi ordinata procedant cum bono communis et quod rationes dicti arsenatus et portus clare uideri possint. Quod elligatur in maiori consilio unus patronus arsenatus Candide, qui sit per duos annos per duas manus ellectionum aprobando ellectos ad unum ad unum, et qui habuerit plures ballotas transeundo medietatem consilij sit firmus, qui teneat et teneri faciat in ordine et in concio omnia pertinencia ad dictum arsenatum et attendat etiam ad faciendum et soluendum omnes expensas fiendas occasione dicti portus et ad procurandum et sollicitandum expedicionem ipsius portus, scribendo ordinate omnia existencia et que erunt in dicto arsenatu et omnes alias rationes et expensas fiendas tam pro dicto arsenatu quam pro dicto opere portus, ita quod omnes rationes communis clare uideri possint et habere debeat dictus patronus fiendus de salario ad rationem anni yperpera CCC quod salarium soluatur sibi deinde per regimen Candide, sicut soluitur alijs officialibus Candide et habere etiam debeat ipse patronus unam domum a communi que sit abilis ad dictum arsenatum et portum. Et teneatur habere et tenere ipse patronus suis salario et expensis unum famulum sufficientem et non possit facere uel fieri facere de mercacionibus aliquarum rerum pertinentium ad dictum arsenatum et portum. Et teneantur dicti

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

ducha et consiliarij Crete facere et fieri facere ipsi patrono cedulas secundum usum de illis rebus et denarijs qui expendentur et opportebunt pro dicto arsenatu. Et teneatur etiam dictum regimen Candide dare eidem patrono unum notarium bonum et sufficientem, qui etiam scribat in uno alio quaterno omnes racciones suprascriptas et expensas, ita quod etiam per ipsum quaternum etiam clare possint uideri dicte rationes dando eidem notario illud salarium quod uidebitur dicto regimini cum aduantagio nostri communis, et teneatur dictus patronus ostendere dictis duche consiliarijs et capitaneo Crete uel ad quos uel ad quem eorum spectabunt uideri ipse raciones, omnes rationes et expensas dicti arsenatus et portus, et in omnibus sit ipse patronus ad obedienciam dictorum duche consiliariorum et capitanei Crete. Et nichilhominus dictus patronus teneatur portare secum quando ueniet Venetias quaternum, omnium dictarum rationum arsenatus et portus ita quod de hinc clare uideri possint per offitiales rationum Venetiarum.

45

F°159r **Χάριν οἰκονομιῶν διατάσσονται ὁ δοὺξ οἱ σύμβουλοι καὶ ὁ καπετάνος νὰ ἀναθέσωσῃ εἰς τινὰς τῶν ὀφφικιούχων, ἐκ τῶν ἀποσταλέντων ἐκ Βενετίας τὴν τήρησιν τῶν λογαριασμῶν τῶν δαπανῶν τοῦ λιμένος, εἰς τρόπον ὥστε νὰ εἶναι εὔκολος ὁ ἔλεγχος αὐτῶν. Ὡς πρὸς τὸν ναύσταθμον δὲν παρίσταται ἀνάγκη ἄλλων, διότι ἐδόθησαν διαταγαὶ εἰς τὸν ἐκ Βενετίας ἀποσταλέντα ἀμμιράλιον. 1375, Φεβρουαρίου 15.**

46

Περὶ ἐλέγχου τῶν ἐμπόρων τῶν μεταβαινόντων εἰς Κρήτην. 1375, Φεβρουαρίου 15.

F°163to Millesimo trecentesimo LXXIIII, die XV Februarij.

Capta. Cum mercatores conuersantes in partibus Crete conquerantur quod non expediuntur deinde quando uolunt bulletas suas quia opportet quod accipiant quatuor bullas uidelicet a ducha capitaneo camerarijs et comerclarijs et aliquando inueniunt unum ex ipsis et postea quando expectent non possunt inuenire alios ita quod remanent impediti. Et utile sit prouidere quod dicti mercatores habeant liberam et expeditam expedicionem dummodo non sit in preiuditium commerclorum et introituum nostri communis; uadit pars quod scribatur duche consiliarijs et capitaneo Crete quatenus ordinare debeant, quod mercatores conuersantes in partibus Crete deincepis expediantur cum bulleta et bulla sola comerclariorum et non aliena. Uerum si ducha consiliarij capitaneus et camerarij predicti haberent aliqua agere cum aliquibus mercatoribus qui uellent habere bulletas suas, tunc in dicto casu comerclarij supradicti non debeant facere bulletas illis mercatoribus siue notificatum fuerit per supradictos ducham, consiliarios, capitaneum et camerarios secundum licentia eorumdem.

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

ΣΗΜΕΙΩΣΕΙΣ ΚΑΙ ΣΧΟΛΙΑ

Οἱ αὔξοντες ἀριθμοὶ τῶν σημειώσεων ἀντιστοιχοῦσι πρὸς τὸν αὔξοντα ἀριθμὸν τῶν θεσπισμάτων.

Σημείωσις. Τὰ θεσπίσματα τὰ ἔχοντα ἐπουσιώδη σημασίαν ἢ ἀφορῶντα εἰς διορισμούς, παρατίθενται ἐν Ἑλληνικῇ περιλήψει.

1. Πρόκειται περὶ Ἕλληνος πειρατοῦ, ἔχοντος εἰς τὴν ὑπηρεσίαν του Τούρκους.

4. Καὶ ἐνταῦθα πρόκειται περὶ πειρατείας, μὲ τὴν διαφοράν, ὅτι ὁ πειρατεύων εἶναι ἀξιωματοῦχος. Κατὰ τὴν ἐποχὴν ἐκείνην ἡ πειρατεία ἐλυμαίνετο τὰς θαλάσσας ἐλευθέρως σχεδόν.

6. 42. 44. Τὸ αἰώνιον ζήτημα τοῦ λιμένος Χάνδακος. Αἱ ἀνάγκαι τῆς ἐπισκευῆς εἶναι μεγάλαι, ὁ ἐπιβληθεὶς δασμὸς δὲν εἰσπράττεται καὶ ἐπαναλαμβάνεται τὸ θέσπισμα τῆς ἐπιβολῆς φόρων τοῦ Ἰουνίου τοῦ 1372. Τὸν Φεβρουάριον τοῦ 1375 αἱ ἐργασίαι κατ' οὐδὲν προώδευσαν, ὁ ἀποσταλεὶς μηχανικὸς ἀπεδείχθη ἀνεπαρκής, οἱ ἐπιβληθέντες δασμοὶ δὲν εἰσεπράχθησαν, διὰ τοῦτο ἀποστέλλονται ἐκ Βενετίας χρήματα καὶ μηχανικός.

12. Τῷ 1372 κατὰ μῆνα Ἰούνιον ἐξερράγη ὁ πόλεμος μεταξὺ Πάδοβας καὶ Βενετίας.

19. Καὶ πάλιν μεταρρυθμίζεται ἡ φορολογία τοῦ οἴνου, διότι ἡ φορολογία τοῦ γλεύκους δὲν ἐτελεσφόρησε.

7. 16. 17. 20. 21. 23. 31. Τὰ τοῦ ἐμπορίου πολυπληθῆ εἰς τὸ παρὸν βιβλίον XXXIV, εἶναι λίαν ἐνδιαφέροντα.

22. 29. 35. 37. Ἐκ τῶν θεσπισμάτων τούτων εἰς τὰ ὁποῖα περιλαμβάνονται οἱ κανονισμοὶ τῶν ταξιδίων νηοπομπῆς Κρήτης-Βηρυττοῦ καὶ τῆς ἀποστολῆς εἰς Βενετίαν τῶν ἐν Κρήτῃ εὑρισκομένων ἀποικιακῶν, προκύπτει διὰ μίαν ἀκόμη φορὰν ὅτι ἡ Κρήτη ὑπῆρξε τὸ κέντρον τῆς διαμετακομίσεως τοῦ ἐν Ἀνατολῇ Βενετικοῦ ἐμπορίου. Ἐκ τοῦ περιεχομένου δὲ τῶν θεσπισμάτων δύναται πᾶς τις νὰ κατανοήσῃ τὸν μηχανισμὸν τοῦ Βενετικοῦ ἐμπορίου, τοῦ ὁποίου κύριος μοχλὸς ἦτο τὸ κράτος.

27. Ἡ ὑπόθεσις ἐν τῷ ἐγγράφῳ δὲν εἶναι σαφής, διότι ἀποσιωπᾶται ὁ λόγος δι' ὃν δὲν περιῆλθον αἱ οἰκίαι εἰς τὸν Τῖτον Βενιέρην, ἀλλ' ἐπλειστηριάσθησαν. Ὁ λόγος εἶναι διότι ὁ Τῖτος Βενιέρης ὑπῆρξεν ἐκ τῶν πρωτοστατῶν τῆς ἐπαναστάσεως καὶ ἐκαρατομήθη.

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

LIBER XXXV.

1375–1377

1

Ἐπὶ παραπόνων τῶν δικαστῶν νυκτός, ὅτι παρεμποδίζονται ὑπὸ τοῦ καπετάνου Κρήτης νὰ ἐκτελῶσι τὴν ὑπηρεσίαν των, διατάσσεται οὗτος νὰ ἐπιτρέπῃ εἰς αὐτοὺς τὴν ἐξάσκησιν τῶν καθηκόντων των ἐλευθέρως. Ἐὰν δὲ ἤθελε παρατηρήσῃ ὅτι κατὰ τὴν νυκτερινήν των περιπολίαν προέβαινον εἰς ἔργα μὴ ἐπιτρεπόμενα εἰς αὐτούς, νὰ ἀναφέρῃ. 1375, Ἰουλίου 16.

F° 34r Millesimo trecentesimo LXXV, die XVI Julij. 1

Capta. Cum officiales de nocte in Candida conquerantur quod per capitaneum Crete non permittantur facere suum officium nec facere circam in ciuitate et burgo Candide, sicut semper fuit consuetum, secundum antiquam consuetudinem et per formam suorum capitularium consulunt sapientes Crete quod uidetur sibi conueniens quod scribatur capitaneo Crete, quod permittat dictos officiales de nocte facere suum officium et circam terre Candide et burgi et alia sibi commissa secundum antiquam et bonam consuetudinem et secundum formam sui capitularis. Uerum si aliud sibi uideretur, per quod dicta circa et alia non essent sibi permittenda operari, rescribat nobis suum apparere, quia dehinc prouidebimus, sicut fuerit opportunum.

2

Εὐκολίαι καὶ περιορισμοὶ εἰς τοὺς ἐμπόρους τοὺς μεταφέροντας σῖτον εἰς Βενετίαν. 1375, Ἰουλίου 19.

F° 36r Millesimo trecentesimo LXXV, die XVIIII Julij. 1

Capta. Quod subueniatur mercatoribus nostris conuersantibus in partibus Crete, quod eorum granas quas presentauerint a die primo Septembris usque diem VIII mensis Octubris proximi duche et consiliarijs Crete, qui dictas granas secundum usum poni faciant sub suis clauibus et sigillo possint facere conduci Venetias cum nauigijs disarmatis recedendo inde per totum dictum mensem Octubris. Uerum si galee uiagij Alexandrie in suo reditu irent in Cretam pro

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

leuando de dictis granis, ex nunc ordinetur quod de ipsis granis solui debeat suum nabulum ipsis galeis secundum usum, assignantibus patronis earum dictis
10 duche et consiliarijs plazam siue locum, ubi debuissent poni grane predicte et in quanta quantitate, de qua plaza siue loco ipsi ducha et consiliarij, nos informent: et debeant dicte grane in nauibus uel nauigijs in quibus erunt presentari extraordinarijs, qui ipsas statim dent et assignent illis quorum erunt scribendo quan-
14 titatem ipsarum et nomina quorum erunt secundum usum. De parte omnes.

3

Fo 42to Ἐπιτρέπεται εἰς τὸν εὐγενῆ Ἰωάννην Γραδενῖγον δοῦκα Κρήτης νὰ ἐπιβιβάσῃ ἐπὶ τῶν κατέργων, τὰ ὁποῖα μεταφέρουσιν εἰς Βενετίαν ἐλαφρὰ ἐμπορεύματα, τὴν σύζυγόν του μετὰ μιᾶς συντρόφου καὶ μιᾶς ὑπηρετρίας (cum una socia et una garzona) δύο γυναικῶν καὶ δύο στρωμάτων. 1475, Αὐγούστου 13.

4

Fo 44to Διετάχθη ὅπως τὰ κάτεργα τὰ ἐκτελοῦντα τὴν μεταφορὰν ἐμπορευμάτων νὰ μὴ προσεγγίζωσιν εἰς Χάνδακα κατὰ τὸ τρίτον ταξίδιον ἄνευ εἰδικῆς ἐντολῆς. Διατάσσεται τὸ συμβούλιον Χάνδακος, ὅπως ἐντὸς δύο ἡμερῶν, μετὰ τὴν ἄφιξιν τῶν τεσσάρων κατέργων ἐν Χάνδακι ἢ καὶ ταχύτερον, ἀποστείλωσι ταῦτα πρὸς μεταφορὰν ἐμπορευμάτων. 1475, Αὐγούστου 17.

Συμπληρωματικῶς: Ἐπὶ τῶν ἀνωτέρω κατέργων δύναται νὰ ἐπιβῇ ὁ σύμβουλος Κρήτης Ματθαῖος Πόλος μετὰ τῶν ἀποσκευῶν του. Ἐπίσης δύναται νὰ ἐπιβῇ πᾶς ἄλλος, ἀρκεῖ νὰ εἶναι σύμφωνος ὁ πάτρων τῶν κατέργων Ἀλεξανδρείας. 1375, Αὐγούστου 17.

5

Fo 45r Ἐπιτρέπεται εἰς τὸν εὐγενῆ Ἀντώνιον Δονάτον υἱὸν τοῦ Δονάτου τέως δικαστοῦ ἐν Κρήτῃ, ὅπως ἡ σύζυγός του μετὰ τριῶν προσώπων καὶ ἐλαφρῶν ἀποσκευῶν ἐπιβῇ τῶν κατέργων, τὰ ὁποῖα μεταφέρουσιν εἰς Βενετίαν ἐμπορεύματα καὶ τῶν ὁποίων καπετάνος εἶναι ὁ σὲρ Πέτρος Γριμάνης.

Ὡσαύτως εἰς τὸν Βίκτωρα Βαλαρέσσον τέως ρέκτορα Σητείας νὰ ἐπιβῇ τῶν αὐτῶν ὡς ἀνωτέρω κατέργων μετὰ τῆς θυγατρός του, δύο γυναικῶν, δύο ὑπηρετῶν καὶ ἑνὸς στρώματος.

Ὡσαύτως εἰς τὸν Βερτούτσιον Γραδενῖγον τέως δικαστὴν νυκτὸς ἐν Χάνδακι μετὰ τῆς συζύγου του, τριῶν υἱῶν, δύο γυναικῶν καὶ ἑνὸς στρώματος.

Ὡσαύτως εἰς εὐγενῆ Ρεμίγιον Σωράντσον σύμβουλον ἐν Χάνδακι μετὰ τῆς συζύγου του, τῆς θυγατρός του, δύο γυναικῶν, τριῶν ὑπηρετῶν καὶ δύο στρωμάτων. 1375, Αὐγούστου 17.

6

Fo 47r Ὡσαύτως, ὡς ἀνωτέρω, εἰς τὸν Μᾶρκον Τζάνε τέως δικαστὴν ἐν Κρήτῃ μετὰ τῆς συζύγου του, τριῶν υἱῶν εἰς βρεφικὴν ἡλικίαν, μιᾶς τροφοῦ (baiula=βάγια), δύο ὑπηρετριῶν καὶ ἑνὸς στρώματος.

Ὡσαύτως εἰς τὸν Νικόλαον Γκέτιον τέως ταμίαν ἐν Χάνδακι, μετὰ τῆς συζύγου του, δύο μικρῶν υἱῶν του, δύο δούλων καὶ ἑνὸς στρώματος.

Ὡσαύτως εἰς τὸν εὐγενῆ Βενέδεικτον Τριβιζάνον τέως ὀφφικιοῦχον νυκτὸς ἐν Χάνδακι, μετὰ τῆς συζύγου του, ἓξ προσώπων καὶ ἑνὸς στρώματος. 1375, Αὐγούστου 23.

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

7

Fo 48to Ὡσαύτως εἰς τὸν εὐγενῆ Βερνάρδον Βιττούρην νὰ ἐπιβῇ ἐπὶ τῶν αὐτῶν κατέργων τοῦ Πέτρου Γριμάνη μετὰ τῆς συζύγου του, δύο υἱῶν, δύο ὑπηρετριῶν καὶ ἑνὸς στρώματος. 1375, Αὐγούστου 31.

8

Fo 53to Ἐκλογὴ τριῶν σοφῶν πρὸς μελέτην τῶν Κρητικῶν ὑποθέσεων. Δίδεται προθεσμία εἰς αὐτοὺς μέχρι τῆς προσεχοῦς ἑορτῆς τοῦ Ἁγίου Πέτρου. 1375, Ὀκτωβρίου 10.

9

Εἰς τὸν υἱὸν τοῦ ἀποβιώσαντος Νικολέτου De Laurentijs Ἱερώνυμον, παρὰ τὰς διαταγὰς περὶ μὴ παροχῆς ὀφφικίων καὶ ἀξιωμάτων λόγῳ χάριτος, δίδεται τὸ ὀφφίκιον τοῦ νοταρίου τοῦ ἀνωτέρου δικαστηρίου (proprij), διὰ τὰς πολλαπλὰς ὑπηρεσίας τοῦ πατρός του. 1375, Νοεμβρίου 13.

Fo 68r Millesimo trecentesimo LXXV, die XIII Nouembris.

Capta. Cum prouidus uir Nicoletus de Laurentio olim notarius Curie et cancellarius Canee sicut manifestum est semper exercuerit personam suam in honorem et statum ducalis dominationis nullis parcendo periculis neque laboribus et tempore rebellionis Candide quo captus et carceratus ac spoliatus et derobatus omnibus bonis suis ex quo remansit consumptus et pridie sicut deo placuit de hoc seculo transmigrauerit, dimittens uxorem filios et familiam suam in maxima desolatione et paupertate. Et quidam eius filius nomine Geronimus juuenis bone conditionis sufficiens et expertus iam sunt plures anni constitutus fuerit notarius Judicum proprij Canee per nobilem uirum ser Jacobum Delphino militem tunc rectorem Canee, quod quidem offitium fideliter et legaliter exercuit et exercet et ne in posterum per aliquos dictum offitium impetretur et eidem surripiatur optat confirmari in ipso offitio per ducalem dominationem; uadit pars quod pars alias capta de non dando dehinc de offitijs et benefitijs Crete que est ligata ad libras cc pro quolibet consiliario, capite et alio ponente uel consentiente partem in contrarium reuocetur in tantum quod possit fieri gratia predicto Hieronimo qui per nobilem uirum ser Guillelmum Quirino rectorem Canee de magna sufficientia et fidelitate commendatur de predicto offitio propter merita dicti sui patris cum consilijs ordinatis ad beneplacitum dominationis ut ualeat eius matrem fratres et familiam substentare.

10

Fo 74to Ληφθείσης ὑπ' ὄψει τῆς πίστεως τοῦ Λουκίου Δάτρου κοντοσταύλου πεζῶν ἐν Χάνδακι καὶ τῆς καλῆς συμπεριφορᾶς του ὑπὲρ τοῦ κράτους τῆς κυριαρχίας ἀποδειχθείσης εἰς πλείονας περιστάσεις, πρὸ πάντων δὲ κατὰ τὴν ἐπανάστασιν τῆς Κρήτης καὶ κατὰ τὸν πόλεμον τῆς Παδούης, εἰς τοὺς προμαχῶνας τῆς Λοῦπε, ἔνθα μετέβη παραιτηθεὶς τοῦ λόχου του. Συλληφθεὶς αἰχμάλωτος ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν καὶ πληγωθεὶς ἠσθένησεν ἐπὶ μακρόν. Ἕνεκα τούτων νὰ δοθῇ εἰς αὐτὸν ἡ θέσις τοῦ κον-

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

τοσταύλου εἰς ἕνα τῶν δύο λόχων τοὺς ὁποίους σκέπτεται νὰ μετακαλέσῃ ὁ καπετάνος Κρήτης. 1375, Δεκεμβρίου 20.

11

Εἰς τοὺς συντρόφους τοῦ καπετάνου Κρήτης αἱ ἀπολαβαὶ καὶ αἱ ὠφέλειαι περιορίζονται εἰς τὸ τέταρτον ἀντί, ὡς μέχρι τοῦδε, τοῦ ἡμίσεως, τὸ ὁποῖον ἀπέδιδε εἰς αὐτοὺς καθ' ὑπερβολὴν πολλά. Οἱ δὲ καπετάνοι ὀφείλουσι νὰ ἐξετάσωσιν ἐπιμελῶς τί εἰσπράττεται παρ' ὅλων καὶ πρὸ πάντων παρὰ τῶν Ἰουδαίων. Οὕτω τὸ δημόσιον δὲν ἐξαπατᾶται καὶ θὰ εἰσπράττῃ τὰ δικαιώματά του. 1376, Ἰανουαρίου 14.

Ἐν συνεχείᾳ περικόπτεται ὁ μισθὸς τοῦ νοταρίου τοῦ καπετάνου, ἕνεκα τῶν μεγάλων ὠφελειῶν του. Αὐθημερόν.

F° 77r Millesimo trecentesimo LXXV, die XIIII Januarij.

Quia per ea que habentur clare socij capitanei Crete per multos et diuersos modos et uias percipiunt multa lucra et utilitates ultra salarium suum, de quibus commune nostrum habet solum medietatem et reliqua medietas est dictorum sociorum, que medietas est maxime utilitatis; uadit pars pro bono communis quod de cetero tres partes totius utilitatis quam percipiunt dicti socij ultra suum salarium ueniant in nostrum commune et quartum solum sit dictorum sociorum nam per hunc modum bene et optime stabunt et habebunt merito contentari. Et debeant capitanei Crete inquirere diligenter de eo quod exigitur ab omnibus et specialiter a Judeis ita quod commune nostrum non fraudetur set habeat drictum suum. De parte 19—de non 34—non sinceri 14.

Capta. Preterea cum notarius capitanei Crete solitus sit habere unam pagam peditum sine qua ualde bene stare et uiuere posset, quia ultra illam pagam habet et percipit lucra et utilitates multas; uadit pars pro bono communis quod dicta paga ueniat in nostrum commune non dando ipsam propterea alicui alij ullo modo. De parte 56—non 15—non sinceri 2.

12

Διατάσσονται οἱ σοπρακόμιτες τῶν ἐν Κρήτῃ ἐξοπλιζομένων κατέργων, ὅπως τὴν προσεχῆ Κυριακὴν πρὸ τῆς 3ης (ὥρας) ἐπιβιβασθῶσι τῶν κατέργων καὶ νὰ μὴ ἀποβιβασθῶσι ἄνευ διαταγῆς τῆς κυριαρχίας. Εἰς τοὺς παραβάτας ἐπιβάλλονται ποιναί. 1376, Ἰανουαρίου 29.

F° 79r Millesimo trecentesimo LXXV, die XXVIIII Januarij.

Capta. Quod mandetur supracomitis galearum armandarum in Creta quod die dominica proxima ante tercias se reducant ad galeam et inde non recedant sine licencia dominij et debeant omnino recessisse die predicta de nocte sub pena ducatorum quinquaginta pro quolibet in suis bonis et pro quolibet die qno starent ultra dictum diem, de qua pena non possit fieri gratia sub pena ducatorum centum pro quolibet ponente uel consentiente partem in contrarium et hec com-

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

mittantur officialibus Leuantis secundum usum. De parte alij—de non 3—non sinceri 0.

13

Ἀναγγελία ἐκλογῆς τοῦ γενικοῦ καπετάνου θαλάσσης Μάρκου Ἰουστινιάνη. Διατάσσονται αἱ ἀρχαὶ τῆς Κρήτης νὰ ἐξοπλίσωσι τὰ κάτεργα. Ἀκολουθοῦσιν αἱ ὁδηγίαι διὰ τὸν ἐξοπλισμὸν τῶν κατέργων τούτων. Ἀποστέλλονται πρὸς τὸν σκοπὸν τοῦτον δουκάτα 5.000, τὰ δὲ ἀναγκαιοῦντα ἐπὶ πλέον θὰ προμηθευθῶσιν ἐν Κρήτῃ. Ἰανουαρίου 29.

Fº 79r Millesimo trecentesimo LXXV, die XXVIIII Januarij.

Capta. Duche et consiliarijs Crete. Significamus uobis quod per nos et nostra consilia Minus, Rogatorum, Quadraginta et Zonte captum et ordinatum est quod in bona gratia fiat capitaneus generalis Maris qui ellectus est uir nobilis Marcus Justinianus, et quod armentur decem galee, uidelicet sex hic in Venecijs et quatuor in Creta cum soldis, modis, ordinibus et condicionibus solitis. Uerum sicut supracomiti soliti erant habere ducatos uiginti in mense pro quolibet, ita quod hoc anno solum habeant ducatos triginta. Et quia nostre intencionis est quod dicte galee subito armentur et exeant pro adimplendo nostram intencionem, deliberauimus mittere dehinc in Cretam presentem galeotam armatam de zurma que uenit cum galea Staneria Venetias. Et quod ipsa galea et tres ex alijs galeis existentibus deinde sint deputate pro dictis quatuor galeis armandis ibidem, quare cum uiri nobiles Donatus Ualaresso, Leonardus Donato, Johannes Miani et Gratonus Dandulo supracomiti ellecti pro dictis quatuor galeis personaliter accedant Candidam cum galea presenti pro solicitando armamentum et expedicionem suarum galearum; scribimus et mandamus uobis cum dictis nostris consilijs quatenus tres ex galeis subtilibus que sunt deinde, uidelicet, meliores subito aptari preparari et fulciri faciatis omnibus necessarijs et opportunis ac bene et sufficienter armari et expediri omni dilacione et causa remota facientes ipsas quatuor galeas uel quam plures ex ipsis poteritis exire quam cicius et uelocius esse potest et subsequenter alias uel aliam que restabunt et uenire Mothonum ad inueniendum et expectandum capitaneum suum predictum, cui debeant in omnibus fideliter obedire secundum formam suarum commissionum et mandatorum nostrorum. Pro armamento autem dictarum galearum mittimus uobis ducatos quinque mille, prout in alijs nostris litteris presentibus alligatis uidebitis contineri. Residuum autem pecunie uobis necessarie pro predictis recuperetis deinde inde per omnem modum et uiam qua poteritis, ita quod hec nostra intencio penitus adimpleatur prout de solicitudine et prouidencia uestra plene speramus. Rescribentes nobis quicquid feceritis in premissis.

De parte alij.—De non 1—non sinceri 1.

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

14

Fo 80r Τοῦ λοιποῦ ὁ δούξ, οἱ σύμβουλοι καὶ ὁ καπετάνος Κρήτης δὲν δύνανται νὰ εἶναι ἐξ ἑνὸς καὶ τοῦ αὐτοῦ οἴκου, οὔτε συγγενεῖς. Εἰς τούτους δὲν παρέχεται συγγνώμη συγγενείας ὑπὸ τοῦ Μείζονος Συμβουλίου. 1376, Φεβρουαρίου 5.

15

Λόγῳ καταχρήσεων καὶ ἀμελείας τῶν ὀφφικιούχων ἀποστέλλονται εἰς Κρήτην προνοηταὶ καὶ σύνδικοι ἔχοντες ἐξουσίαν ρεκτόρων κατὰ ὀφφικιούχων. Οὗτοι ἐπανερχόμενοι θὰ λογοδοτήσωσι καὶ θὰ ἀναφέρωσι περὶ τοῦ χρηματικοῦ τοῦ ὑπάρχοντος εἰς τὰ ταμεῖα καὶ τῶν ὀφειλομένων εἰς αὐτά. Πρὸ παντὸς ὀφείλουσι νὰ πληροφορήσωσιν ἐὰν παρίσταται ἀνάγκη νὰ καθιερωθῶσι καὶ ἐν Κρήτῃ ὀφφικιοῦχοι ἐπὶ τῶν εἰσπράξεων ὡς ἐν Βενετίᾳ ἢ ἀλλαχοῦ. 1376, Φεβρουαρίου 14.

Fo 82to Millesimo trecentesimo LXXV, die XIIII Februarij.

Capta. Cum per id quod sentitur relatione fidedigna ab aliquo tempore citra, facta nostri communis in insula Crete non fuerint bene tractata et continuo uadant in desolationem cum notabili damno nostri communis, quod accidisse uidetur ex defectu et negligentia officialium nostrorum qui fuerunt deinde. Primo namque dicitur quod res nostri arsenatus Candide non possint stare peius nec magis disregulate quam stent. Preterea dicitur quod commune nostrum recipere debet ultra yperperos XXV mille de comerclis que non sunt exacta, quia comerclarij acceperunt et accipiunt cotidie, pignora et signa sicut sunt anuli et alia modici ualoris, que remanent in camera loco denariorum qui deberent esse soluti. Nec sunt soliciti ad exigendum sicut deberent, dicitur etiam quod exigantur comercla sepissime per unum comerclarium solum et alibi, quam ad officium scilicet ubicunque se reperiunt et portant denarios exactos ad domum suam. Que omnia sunt contra formam commissionis sue. Insuper dicitur quod officium quinque de pace, quod est commissum camerarijs fit per duos suos scribanos uidelicet quod dicti scribani soli recipiunt accusas, testificationes et alios actus et ostendunt postea regimini Candide illos processus quos uolunt et reliquos ommittunt. Ex quo uidetur quod commune sit in damno de condemnationibus non factis et non excussis, ultra yperperos 30 mille, dicitur eciam quod municiones castrorum insule predicte male tractantur in magnum damnum communis. Item dicitur quod per camerarios Crete non exiguntur denarij communis sicut deberent et secundum formam sue commissionis. Et propterea sit penitus necessarium prouidere quod hec omnia bene examinentur ut reformari possint cum bono et honore nostro; uadit pars quod committatur expresse prouisoribus nostris et sindicis in proximo ituris ad partes Crete, quod habeant illam auctoritatem et arbitrium contra omnes officiales insule Crete tam presentes quam preteritos, quam habent contra rectores, inquirendo principaliter et super omnia de damnis et

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

extorsionibus factis contra commune quocunque modo et examinando diligenter de predictis et placitando in reditu suo, illos qui sibi uidebuntur, sicut tenentur facere de rectoribus.

Insuper committatur eisdem quod ante suum recessum de insula dent operam posse suo, quod per officiales nostros deinde exigatur id, quod exigi potest. Et informare se bene de quantitate pecunie, que restat exigi. Et de omnibus officijs deinde et de modis qui tenentur et de causis damnorum, que commune recipit et de remedijs que sibi uiderentur, pro bono et utilitate nostri communis et euitatione tot damnorum. Et specialiter ueniant informati si uideretur eis bonum et utile de faciendo officiales rationum in Creta, sicut sunt in Venecijs uel aliud per quod obuiari posset inconuenientijs predictis. Et tunc cum eo quod habebitur, ab eis ueniatur ad istud consilium et fiet sicut uidebitur. Omnes de parte.

16

Διόρθωσις ἀτόπου. Οἱ ἐκλεγόμενοι δοῦκες Κρήτης μετέβαινον εἰς Κρήτην πρὸ τῆς ἀναχωρήσεως τοῦ διαδόχου των μισθοδοτούμενοι ἀπὸ τῆς ἀφίξεώς των, οἱ δὲ προκάτοχοι, παραμένοντες μέχρι συμπληρώσεως τῆς διετίας, ἐμισθοδοτοῦντο ὡσαύτως. Τοῦ λοιποῦ ὁ ἀφικνούμενος νέος δοὺξ πρὸ τῆς συμπληρώσεως τῆς διετίας τοῦ προκατόχου θὰ λαμβάνῃ τὸ ἥμισυ μόνον τῆς μισθοδοσίας. Τὸ αὐτὸ θέλει ἐφαρμοσθῇ καὶ διὰ τοὺς ἄλλους ρέκτορας, τῆς τε Κρήτης καὶ ἄλλων μερῶν. 1376, Φεβρουαρίου 14.

F° 83ᵛ Millesimo trecentesimo LXXV, die XIIII Februarij.

Cum sit uigilandum quantum fieri potest quod commune nostrum non sustineat expensas superfluas. Et sepe occurrat quod ducha Crete recedit de Venecijs tali tempore quod applicante ipso illuc, precessor suus nondum compleuit et obseruatur quod ille qui uadit statim intrat regimen, non obstante quod precessor suus nondum compleuerit duos annos. Et uterque ipsorum liurat salarium integrum usque ad complementum duorum annorum primi. Et in hoc sit prouidendum pro bono communis; uadit pars quod ducha Crete nunc eligendus, et alij qui decetero erunt per tempora debeant complere suos duos annos in regimine non obstante quod successor suus applicuerit illuc ante dictum terminum. Et ducha nouus qui applicuerit in Cretam ante complementum sui precessoris, ut dictum est, habere debeat solum medietatem salarij sui usque ad finem duorum annorum precessoris sui et non plus ullo modo. Et si acceperit plus eo quod dictum est restituat illud communi secundum formam et tenorem partis noue loquentis de rectoribus quomodo refundere debent pro familia et equis qui sibi defecissent. Et sub penis, ligaminibus et stricturis in dicta parte contentis. Et similiter ordinatum sit de omnibus alijs nostris rectoribus tam de insula Crete quam de alijs locis de extra culphum qui essent ad istam condicionem, scilicet

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

qui liurarent statim salarium integrum, quando applicant ad regimen, licet eius precessor nondum compleuisset tempus suum duorum annorum. Et hec addantur in eorum commissione. Et si commissio, capitulare uel consilium est contra, sit reuocatum quantum in hoc.

17

Τροποποίησις τοῦ θεσπίσματος τῆς 3 Ἰουνίου 1375 περὶ τῶν ρεκτόρων οἵτινες συμφώνως πρὸς τὰς ἐντολάς των δὲν εἶχον τοὺς κεκανονισμένους ὑπηρέτας καὶ ἵππους ὡς λίαν αὐστηροῦ. Διὰ τῆς τροποποιήσεως καθορίζεται ὅτι πᾶς ρέκτωρ μετὰ τὴν ἐπιστροφήν του εἰς Βενετίαν ὀφείλει ἐντὸς μηνὸς νὰ παρουσιασθῇ πρὸ τῶν ὀφφικιούχων τῶν εἰσπράξεων καὶ νὰ λογοδοτήσῃ πληρώνων ὅ,τι ὤφειλε καὶ νὰ ἀποζημιώσῃ τὸ δημόσιον διὰ τοὺς ἵππους καὶ ὑπηρέτας τοὺς ὁποίους δὲν εἶχε κατὰ τὸν χρόνον τῆς ὑπηρεσίας του, διὰ γροσίων τριῶν ἡμερησίως δι' ἕκαστον ὑπηρέτην του καὶ δι' ἕκαστον ἵππον. 1375, Φεβρουαρίου 14.

F°83^to^ Millesimo trecentesimo LXXV, die XIIII Februarij.

Quod pars capta per quam datus fuit ordo rectoribus nostris quibus deficerent tempore suorum regiminum de famulis uel equis quos habere tenentur per suas commissiones. Quia uidetur multis esse nimis grauis mitigetur et reformetur in hunc modum, uidelicet quod de cetero quilibet rector in reditu suo postquam applicuerit Venecias teneatur infra unum mensem ire uel mittere ad officiales rationum ad faciendum rationem cum eis et ad soluendum illud quod debebit dare et refundere nostro communi pro famulis uel equis qui sibi defecerint tempore sui regiminis in ratione grossorum trium in die pro quolibet ente de familia sua et pro quolibet equo qui sibi defecissent pro tanto tempore quanto sibi defecerint. Et hec obseruare teneatur quilibet rector sub pena librarum quingentarum. Et nichilhominus teneatur ad soluendum omne id quod debebit pro dictis defectibus in ratione dicta superius. Cuius pene librarum quingentarum medietas sit accusatoris si fuerit per quem sciatur ueritas, et alia medietas diuidatur inter commune nostrum et officiales rationum predictos. Et si aliquis rector condemnaretur per officiales rationum quod deberet aliquid dare uel refundere, tunc ille rector subiaceat parti capte in maiori consilio de modo seruando contra illos, qui non soluunt, postquam eis preceptum fuerit per officiales rationum, non obstante quod per illam partem officiales non habeant partem et per istam sic. Et teneantur officiales rationum mittere pro rectoribus nostris quando rediuerint Venecias a regiminibus suis et pro alijs qui sibi uidebuntur et inquirere et examinare deligenter de predictis possendo ponere personas ad sacramentum et omnia alia opportuna facere pro executione premissorum. Intelligendo quod nostri rectores et qui tractantur pro rectoribus debentes tenere famulis uel equos, qui sunt ad presens in regiminibus nostris sint in omnibus et per omnia ad istam conditionem. Saluo hoc tantum quod de famulis et equis qui defecissent sibi ante

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

captionem presentis partis refundere debeant nostro communi secundum quantitates limitatas in prima parte de qua supra fit mentio.

Capta. Ser Daniel Cornario et ser Bernardus Bragadino sapientes super predictis. Uolunt partem suprascriptam in omnibus prout iacet cum ista additione, uidelicet uerum si deficeret alicui rectori aliquis de famulis suis, habeat dictus rector terminum ad remittendum alium octo dierum. Et si aliquis equus sibi defecerit habeat terminum ad remittendum alium duodecim dierum. Et si remiserit ad dictos terminos nichil teneatur refundere communi pro eis. Si autem non remiserit ad terminos antedictos, tunc debeat refundere communi a die qua sibi defecerint usque ad diem, quo remiserit in ratione predicta. De non 1—non sinceri 0.

18

Εἰς τοὺς πέραν τῆς Ἀδριατικῆς ρέκτορας δίδεται προθεσμία μηνὸς μετὰ τὴν ἄφιξίν των εἰς τὸν τόπον ἔνθα θὰ διοικήσωσι, ὅπως προμηθευθῶσι τοὺς ὑπὸ τῶν ἐντολῶν των προβλεπομένους ἵππους. Τοὺς ἵππους τούτους δύνανται νὰ πωλήσωσι ἕνα μῆνα πρὸ τῆς συμπληρώσεως τῆς διετίας. 1375, Φεβρουαρίου 14.

Fo 84r Millesimo trecentesimo LXXV, die XIIII Februarij.

Capta. Quod de cetero omnes rectores nostri de extra culphum habeant terminum unius mensis postquam applicuerint ad regimina sua ad essendum fulcitos equis quos per suas commissiones habere teneantur. Et possint ipsos equos uendere per unum mensem ante complementum suorum regiminum. Et hec scribatur omnibus nostris rectoribus, quibus spectant. Et addantur in commissionibus futurorum. Et si consilium, commissio uel capitulare est contra sit reuocatum quantum in hoc. Omnes alij. De non 2—non sinceri 1.

19

Δύνανται ὁ δοὺξ καὶ οἱ σύμβουλοι νὰ πωλήσωσι τοὺς ἵππους των εἰς οἱονδήποτε, ἐξαιρουμένων τῶν Ἑλλήνων. Δύνανται νὰ ἀποστείλωσιν αὐτοὺς ἐκτὸς τῆς νήσου καὶ νὰ τοποθετήσωσιν εἰς κτήματα λατίνων καὶ φίλων, χωρὶς νὰ ἔχωσι τὸ δικαίωμα νὰ πωλήσωσιν αὐτοὺς πρὸ τῆς ταχθείσης προθεσμίας τοῦ ἑνὸς μηνὸς πρὸ τῆς ἀναχωρήσεώς των. Ταῦτα θὰ τηρῶνται ὑφ' ὅλων τῶν ρεκτόρων Κρήτης. 1375, Φεβρουαρίου 14.

Fo 84r Millesimo trecentesimo LXXV, die XIIII Februarij.

Capta. Quod de cetero ducha et consiliarij Crete possint uendere equos suos quos tenentur habere per suas commissiones, quibuscunque uoluerint saluo quam Grecis. Et eciam possint ipsos mittere extra insulam si eis placuerit, mittendo eos ad terras latinorum et amicorum, non uendendo nec mittendo ipsos ante tempus sibi concessum quod est unius mensis ante complementum suum. Et similiter iniungatur in commissionibus aliorum rectorum insule Crete quod observent

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

ut supra dictum est. Et si consilium uel commissio etc. Alij de parte—de non 5 —non sinceri 4.

Capta. Quod sicut prohibitum est capitaneo Crete, quod non possit uendere equos suos soldatis, ita prohibeatur ei de cetero quod eciam non possit ipsos uendere Grecis. De non 2—non sinceri 0.

20

Δὲν ἐπιτρέπεται εἰς τὸν καπετάνον Κρήτης ἢ ἄλλον τῆς οἰκογενείας του νὰ ἐμπορεύηται. 1375, Φεβρουαρίου 14.

F° 84r Millesimo trecentesimo LXXV, die XIIII Februarij.

Capta. Ad capitulum quod est in commissione capitanei Crete continens quod ipse nec aliquis de sua familia non possit facere de mercationibus etc. Addatur quod similiter non possit facere de mercationibus aliqua alia persona, que staret in domo cum capitaneo predicto.

21

Εἰς τὸν δοῦκα καὶ τοὺς συμβούλους δὲν ἐπιτρέπεται νὰ ἐγγυῶνται δι' ὀφειλὰς πρὸς τὸ δημόσιον. Ἐπειδὴ οὐδεμία γίνεται μνεία περὶ τοῦ καπετάνου καὶ τῶν ἄλλων ρεκτόρων, διατάσσεται νὰ ἀναγραφῇ εἰς τὰς ἐντολάς των. 1376, Φεβρουαρίου 14.

F° 84to Millesimo trecentesimo LXXV, die XIIII Februarij.

Capta. Cum in commissione duche et consiliarijs Crete contineatur quod consiliarij non possint nec debeant stare plezij uel pagatores pro aliquo uel aliquibus, qui dare debeant aliquid communi. Et de ducha nec de capitaneo nec de alijs rectoribus insule Crete nulla mentio fiat super hoc; uadit pars quod similiter hoc prohibeatur duche et capitaneo et alijs rectoribus insule ut prohibitum est consiliarijs et sic addatur in eorum commissionibus. Omnes. De non 0—non sinceri 0.

22

Διορθοῦται τὸ ἄρθρον τῶν ἐντολῶν τοῦ δουκὸς Κρήτης ἐπὶ τοῦ ζητήματος τοῦ ἐξοπλισμοῦ στόλου κατὰ τῶν Τούρκων, τὸ ὁποῖον καθορίζει ὅτι ἡ ἔγκρισις ἐξαρτᾶται ἐκ τῆς Βενετικῆς Γερουσίας. Τοῦ λοιποῦ ἐὰν παραστῇ ἀνάγκη ἐξοπλισμοῦ στόλου, συνέρχεται ἐν Κρήτῃ συμβούλιον ἐκ τοῦ δουκὸς τῶν συμβούλων καὶ τοῦ καπετάνου Κρήτης, τὸ ὁποῖον ἀποφασίζει ἐπὶ τοῦ προκειμένου διὰ ψήφων τριῶν τοὐλάχιστον. 1375, Φεβρουαρίου 14.

F° 84to Millesimo trecentesimo LXXV, die XIIII Februarij.

Capta. Cum in commissione duche Crete inter alia sit unum capitulum, in quo fit mentio de modo tenendo quando uideretur de faciendo aliquam armatam contra Turcos, et per dictum capitulum tangatur quod in dicto casu debeat ueniri ad consilium rogatorum deinde quod nunc totaliter expiratum est; uadit pars

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

quod dictum capitulum corrigatur in tantum quod ad prouidendum super contentis in ipso, quando casus occurreret, esse debeant ducha et consiliarij et capitaneus Crete fatiendo per tres ipsorum ad minus in concordia, id quod uidebitur esse fiendum. In alijs uero omnibus in dicto capitulo contentis, ipsum in sua firmitate remaneat formando ipsum capitulum de nouo secundum hanc intentionem et aliud predictum cancelletur ex toto. Omnes alij—de non 1—non sinceri 2.

23

Εἰς τὰς ἐντολὰς τοῦ δουκός, τῶν συμβούλων καὶ τῶν ἄλλων ρεκτόρων Κρήτης περιλαμβάνονται διατάξεις καθορίζουσαι τὰς ἐφίππους περιοδείας δι' ὑπηρεσίαν καὶ τὸν τρόπον καθ' ὃν ἐκτελοῦνται, ἤτοι δι' ἐγκρίσεως ὑπὸ τῆς πλειοψηφίας τοῦ ἐλάσσονος καὶ μείζονος Συμβουλίου. Τοῦ λοιποῦ τὰ μὲν ἄρθρα τῶν ἐντολῶν παραμένουσι τὰ αὐτά, μεταβάλλονται δὲ ὡς πρὸς τὰς ἐφίππους περιοδείας τῶν ἀνωτέρω, αἵτινες θὰ ἀποφασίζωνται ὑπὸ τοῦ δουκός, τῶν συμβούλων καὶ τοῦ καπετάνου Κρήτης, ἐν ἰσοψηφίᾳ δὲ θὰ προσκαλῆται εἷς τῶν ταμιῶν ἐκλεγόμενος διὰ κλήρου. 1376, Φεβρουαρίου 14.

F° 85r Capta. Cum sint plura capitula in commissione duche et consiliariorum Crete et etiam aliorum rectorum nostrorum insule facientia mentionem de possendo equitare et ire, si uideretur pro utilitate insule et in hoc requirebatur consensus maioris partis minoris et maioris consilij deinde; uadit pars considerato quod non est amplius consilium in insula quod capitula que hoc tangant remaneant firma. Sed sicut predicta fieri debebant si uidebatur maiori parti dictorum consiliorum, ita fieri debeant si uidebitur duche et consiliarijs et capitaneo Crete uel maiori parti. Et ubi ipsi super predictis essent pares in diuersis opinionibus, unus camerariorum ineret per texeras. Et id quod per maiorem partem ordinatum fuerit in hoc sit firmum. Omnes alij. De non 1—non sinceri 1.

24

Ἀναφυείσης διαφορᾶς μεταξὺ τῶν ὀφφικιούχων νυκτὸς καὶ τοῦ καπετάνου, περὶ τοῦ τὶς δικαιοῦται τῆς νυκτερινῆς ἐφόδου ἀνὰ τὴν πόλιν, ἀποφασίζεται ὅτι τὸ δικαίωμα τοῦτο ἀνήκει ἀποκλειστικῶς εἰς τὸν καπετάνον. 1376, Φεβρουαρίου 14.

F° 85r Millesimo trecentesimo LXXV, die XIIII Februarij.
Capta. Quia uidetur quod inter capitaneum nostrum Crete et officiales de nocte in Candida fuerit aliqua differentia in facto cirche, quam predicti officiales dicebant ad se pertinere ex suo officio tam de nocte quam de die; uadit pars quod declaretur quod circa de nocte pertinet et spectat capitaneo soli. Et sic ordinetur quod debeat obseruari iutelligendo quod ducha et capitaneus si uterque eorum per se faciat condemnacionem de subditis suis. Omnes. De non 0—non sinceri 0.

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

25

Τροποποίησις ἄρθρων τινων τοῦ καπιτουλαρίου καὶ τῶν ἐντολῶν τοῦ δουκὸς Κρήτης, ἐπὶ τοῦ ζητήματος τῶν δαπανῶν καὶ τῆς δωρεᾶς εἰς τρίτους τῆς περιουσίας τοῦ δημοσίου. Τὰ ἄρθρα ταῦτα τροποποιοῦνται διὰ τῆς προσθήκης. Πάντα τὰ χρήματα τῆς κοινότητος κατὰ τὴν περίοδον τῆς θητείας τοῦ δουκὸς καὶ τῶν συμβούλων δύνανται νὰ δαπανηθῶσι πρὸς ὄφελος τῆς κοινότητος καὶ πρὸς ἐκτέλεσιν τῶν διατασσομένων εἰς τὰς ἐντολάς των ἐν ὁμοφωνίᾳ. Ἐὰν δὲ πρόκειται νὰ ἀνταμείψωσί τινα λόγῳ ἐξαιρετικῆς ὑπηρεσίας πρὸς τὸ δημόσιον, δύνανται νὰ δώσωσιν ὁ δοὺξ καὶ οἱ σύμβουλοι κατὰ πλειοψηφίαν ὑπὸ μορφὴν δώρου ἢ χάριτος μέχρις 25 ὑπερπύρων. Ἐὰν δέ τινες εἶναι ἄξιοι μεγαλυτέρας χάριτος ἢ δώρου καὶ νομίζουσιν ὅτι πρέπει νὰ λάβωσιν ὑπὲρ τὰ 25 ὑπέρπυρα, τότε δύνανται νὰ παραχωρήσωσι τὴν χάριν οἱ αὐτοί, ἀλλ' ἐν ὁμοφωνίᾳ. Ἀλλὰ καὶ πάλιν τὸ δῶρον ἢ ἡ χάρις δὲν ἰσχύουσι ἄνευ τῆς ἐγκρίσεως τῆς κυριαρχίας. 1376, Φεβρουαρίου 14.

Fo 85r Capta. Cum in commissione duche Crete inter cetera sint quatuor capitula scilicet finis octaui capituli sui capitularis, quod incipit. Insuper si essem ellectus etc. et nonum capitulum predicti capitularis incipiens. Et de ipso hauere etc. et nonum capitulum commissionis incipiens in omnem pecuniam etc. et trigesimum secundum capitulum predicte commissionis, quod incipit; inhibemus tibi etc. in quibus omnibus fit mentio de modo, quo illud regimen potest expendere et etiam donare alijs de hauere comminis. Que capitula necessario indigent correctione et maxime quia aliqua contenta in eis fieri debebant cum uoluntate consilij Crete, quod expirauit per ordines nostros; uadit pars in bona gratia quod predicta quatuor capitula et similiter quecunque alia essent in commissione consiliariorum Crete loquentia de hoc, corrigantur et reformentur, ut inferius est notatum, ita quod ipsa capitula totaliter cancellentur et obseruentur de cetero in hunc modum uidelicet quod de omni pecunia nostro communi spectante in suo regimine, quam ducha et consiliarij ibi reppererint et que ad suas manus peruenerit possint expendere ut poterat in utilitate et bono communis et pro executione sibi commissorum sicut ipsis tribus in concordia pro honore nostro et salute nostra et illius insnle bonum et utile uidebitur. Si autem uideretur eis de dando alicui persone uel personis que hoc meruissent propter aliquod notabile quod fecisset pro honore dominij aliquid de hauere communis per uiam doni uel gratie possint hoc facere usque ad summam yperperorum XXV pro qualibet persona existentibus ducha et consiliarijs omnibus tribus in concordio de hoc. Si uero esset aliquis uel aliqui qui uiderentur eis digni maiori gratia, seu dono et uideretur eis de prouidendo illi uel illis ab yperperis XXV supra, in hoc casu non possint facere nisi ipsi ducha et consiliarij fuerint, omnes tres similiter in concordio. Et ultra hoc predictum donum uel gratia propter hoc non habeat firmitatem si debeant ducha et consiliarij significare hoc nostro dominio et si dominationi placuerit ponere hoc in consilijs ordinatis per uiam qua fiunt alie gratie ponatur et si capietur in con-

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

silijs nostris sit firmum et aliter non. Saluo et reseruato eo quod ducha et consiliarij possunt cxpendere in alijs rebus sibi limitatis in sua presenti commissione. De parte 52 — de non 4 — non sinceri 13.

26

Περὶ ἐλέγχου τῆς διαχειρίσεως τῶν ταμιῶν κατὰ μῆνα. 1376, Φεβρουαρίου 14.

F°85to Millesimo trecentesimo LXXV, die XIIII Februarij.

Capta. Quod ordinetur pro bono communis quod iniungatur in commissione duche et consiliarijs Crete quod teneantur omni mense uidere rationes camerariorum tenendo modum quod dicte rationes legantur particulariter et distincte sicut stabunt in quaternis et eas debeant audire legi et uidere per dictum modum. Omnes de non o—non sinceri o.

27

Εἰς τὰς ἐντολὰς τοῦ δουκὸς Κρήτης ὑπάρχει διάταξις δι' ἧς ἀπαγορεύεται εἰς αὐτὸν ἡ ἀπελευθέρωσις δουλοπαροίκων. Τοῦ λοιποῦ ἐν καιρῷ πολέμου ὁ δοὺξ οἱ σύμβουλοι καὶ ὁ καπετάνος Κρήτης δύνανται διὰ πλειοψηφίας νὰ ἀπελευθερῶσι δουλοπαροίκους, τοὺς ὁποίους ἤθελον κρίνῃ ἀνταξίους νὰ τύχωσι τοῦ εὐεργετήματος διὰ τὰς ὑπηρεσίας των πρὸς τὴν κυριαρχίαν, ἐπίσης δι' ἐξαιρετικὰς ὑπηρεσίας δύνανται νὰ ἀπελευθερωθῶσι δουλοπάροικοι κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον. 1376, Φεβρουαρίου 14.

F°85to Millesimo trecentesimo LXXV, die XIIII Februarij.

Capta. Cum in commissione duche et consiliarijs Crete contineatur quod non possint franchare aliquos uillanos aliquo modo uel ingenio; uadit pars quod de cetero tempore guerre si occurreret, quod deus auertit, ducha et consiliarij et capitaneus Crete habeant libertatem per maiorem partem eorum franchandi illos uillanos qui sibi uiderentur digni pro rebus notabilibus, quas fecissent in honorem dominij tam de uillanis communis quam specialium personarum faciendo satisfieri de bonis communis pro illis specialium personarum quos francharent sicut eis uidebitur iustum et similiter si aliqui uillani tempore pacis manifestarent uel facerent aliquod notabile pro bono status nostri possint franchari per modum predictum et quod hoc proclametur in Candida et in alijs terris insule bis quolibet anno. Omnes alij. De non 10—non sinceri 11.

28

Ἐν περιπτώσει ἀπουσίας τοῦ δουκὸς μεθ' ἑνὸς τῶν συμβούλων ἀντικαθίστανται ὑπὸ δύο ἐκ τῶν ταμιῶν, ἐκλεγομένων διὰ κλήρου, οἵτινες μετὰ τοῦ ἐναπομένοντος συμβούλου ἀποτελοῦσι τὴν διοίκησιν. 1376, Φεβρουαρίου 29.

F°87r Millesimo trecentesimo LXXV, die ultimo Februarij.

Capta. Cum sit quoddam capitulum in commissione consiliariorum Crete

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

inter alia continens quod quando ducha Crete cum uno consiliario exirent aliquo casu de ciuitate Candide et starent ultra quinque dies, alteri consiliario remanenti dentur duo consiliarij per maius consilium Candide. Et hoc obseruari non possit ad presens, quia non est amplius consilium in insula; uadit pars quod dictum capitulum corrigatur in tantum, quod occurrente casu predicto debeant intrare et sedere duo de camerarijs Crete per texeram ad essendum cum dicto consiliario et ad faciendum ut in dicto capitulo continetur. Alij de parte. De non 1—non sinceri 4.

29

Οἱ μέλλοντες νὰ μεταβῶσιν εἰς Κρήτην, Κορώνην, Μεθώνην, καὶ Εὔβοιαν θὰ ταξιδεύσωσι διὰ τῶν κατέργων τῆς Ἀδριατικῆς τῶν ὁποίων καπετάνος εἶναι ὁ Μᾶρκος Ἰουστινιάνης. Ἐὰν ὅμως καθ' ὁδὸν ἤθελον συναντηθῇ μετὰ τοῦ κατέργου, τοῦ προερχομένου ἐκ Ρωμανίας καὶ ἔχοντος κατεύθυνσιν πρὸς τὴν Εὔβοιαν, τότε δύνανται διὰ τοῦ κατέργου τούτου νὰ ἀποβιβασθῶσιν ἐν Κρήτῃ. 1376, Φεβρουαρίου 22.

Fo 88to Millesimo trecentesimo LXXV, die XXII Februarij.

Capta. Quia prouisores et sindici nostri ituri ad partes Crete, Coroni et Mothoni et Nigropontis debent ire cum galeis culphi per illum modum, qui uidebitur consilio Rogatorum et Zonte; uadit pars pro obseruando que capta sunt quod ipsi prouisores ire debeant cum galeis quarum est capitaneus ser Marcus Justiniano et conduci usque Nigropontem pro dando expedicionem hijs que habebunt facere in partibus et insula Nigropontis. Et si dicti prouisores erunt expediti ad tale tempus quod aliqua galea nostri communis ueniret de partibus Romanie uersus Nigropontem, quod illa nosta galea non sinistrando facta nostri communis in aliquo debeat ipsos prouisores proicere ad insulam Crete ad illum locum et partem que uidebitur ipsis prouisoribus. In casu uero quo aliqua galea non appareret in partibus Nigropontis uel appareret et non posset eos leuare pro factis nostri communis et nostri prouisores essent expediti in partibus et insula Nigropontis, tunc pro bono communis mandetur baiulo et capitaneo Nigropontis quod faciat eos leuari super galea Nigropontis si erit armata et conduci ad insulam Crete ad illum locum qui uidebitur prouisoribus antedictis.

30

Fo 90to **Ὁ κοντόσταυλος πεζῶν ἐν Χάνδακι Χριστόφορος De Barimi τῷ 1372 Νοεμβρίου 9 κατεδικάσθη ὑπὸ τοῦ ποτὲ Πέτρου Κορνάρου τέως δουκὸς Κρήτης καὶ τοῦ συμβουλίου του, διότι ἐφωράθη εἴτε καθήμενος, εἴτε παίζων ὑπὸ τὴν στοὰν ἢ εἰς ἄλλο μέρος τοῦ λιθοστρώτου Χάνδακος, εἰς στέρησιν παντοτεινὴν τοῦ μισθοῦ του καὶ διότι ἐθεωρήθη ὁ πρωταίτιος τοῦ θορύβου, ὁ ὁποῖος ἔλαβε χώραν εἰς τὸ μέρος ἐκεῖνο. Ἐπειδὴ δὲ ἀνεκαλύφθη ὅτι παρεβίασε τὴν ποινήν του, ὁ εὐγενὴς σὲρ Θαδδαῖος Ἰουστινιάνης καπετάνος Κρήτης διέταξε τὴν διαγραφήν του ἐκ τοῦ μισθολογίου. Ὁ καταδικα-**

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

σθεὶς Χριστόφορος ἐπεκαλέσθη τότε τὰς ὑπηρεσίας τὰς ὁποίας προσέφερεν εἰς τὸ κυρίαρχον κράτος καὶ ᾐτήσατο χάριν, ἤτοι τὴν ἐπάνοδόν του εἰς τὸν λόχον του καὶ τὴν ἐγγραφήν του εἰς τὸ μισθολόγιον. Ληφθείσης ὑπ' ὄψει τῆς γνωματεύσεως τοῦ ἀνωτέρω Θαδδαίου Ἰουστινιάνη συνιστῶντος αὐτόν, ὅτι πράγματι ἐπεδείξατο καλὴν διαγωγὴν καὶ ἀξιέπαινον κατὰ τὴν ἐπανάστασιν τῆς Κρήτης, γίνεται δεκτὴ ἡ αἴτησις καὶ ἐπανέρχεται εἰς τὸν λόχον του. 1376, Μαρτίου 3.

31

Σχετικῶς πρὸς τὸ θέσπισμα ὑπ' ἀριθ. 17 τοῦ παρόντος βιβλίου, περὶ ὑπηρετῶν καὶ ἵππων τῶν ρεκτόρων, ὅπως μὴ συμπεριλαμβάνωνται οἱ ὀφφικιοῦχοι οἱ ἐκτὸς Βενετίας. ἀποφασίζεται ὅτι εἰς τοῦτο συμπεριλαμβάνονται πάντες οἱ ἐκτὸς Βενετίας. 1376, Μαρτίου 13.

Fº 95r Cum in parte pridie capta de refusuris quas facere debent rectores nostri quando redeunt a regiminibus suis pro famulis uel equis, qui sibi defecissent non includantur officiales de extra Venecias qui similiter tenentur habere famulis uel equos; uadit pars quod omnes officiales nostri de extra Venecias qui tenentur habere famulos et equos subiaceant dicte parti et omnibus ordinibus penis et stricturis in ipsa contentis. Alij non o—non sinceri 1.

32

Ἐπειδὴ ὁ πληθυσμὸς τοῦ Χάνδακος, κατὰ πληροφορίας τοῦ καπετάνου Κρήτης, ἐμειώθη ἕνεκα τῆς ἐπιδημίας, πρέπει δὲ νὰ αὐξηθῇ· διατάσσονται ὁ δούξ, οἱ σύμβουλοι καὶ οἱ ρέκτορες Κρήτης, ὅπως διὰ προκηρύξεως καλέσωσι πάντας τοὺς ὀφειλέτας τοῦ δημοσίου, οἵτινες δὲν δύνανται οὐδὲ τολμῶσι νὰ μένωσιν ἐν Χάνδακι, νὰ παρουσιασθῶσιν αὐτοπροσώπως καὶ νὰ ἐγκατασταθῶσι μετὰ τῶν οἰκογενειῶν των, ὁπότε θὰ ἐπιτραπῇ εἰς αὐτοὺς ἡ ἐξόφλησις τῶν χρεῶν των κατὰ δόσεις. Προθεσμία προσελεύσεως ἑνὸς ἔτους. 1376, Ἰουλίου 8.

Fº 122r Millesimo trecentesimo LXXVI, die VIII Julij.

Capta. Cum sicut habetur per capitaneum Crete, ciuitas Candide ob epidimiam, que, inumaniter fuit in partibus Candide, ipsa ciuitas sit multum gentibus diminuta. Et propterea sit opportunum dare modum pro securitate status nostri deinde, quod possit et debeat populari quam celerius fieri potest; uadit pars quod scribatur duche et consiliarijs Crete et omnibus rectoribus insule quod faciant in eorum regiminibus publice proclamari, quod omnes qui pro debito pecunie nostri communis non possunt, nec audent stare in Candida et insula Crete, si comparuerint personaliter ad habitandum et standum cum suis familijs in insula predicta a die facte cride predicte usque unum annum tunc proximum fiet sibi gratia soluendi sua debita per terminos competentes. Et comparentibus ipsis possint et debeant dictum regimen Crete et alij rectores insule quilibet in suis regiminibus facere eis gratiam soluendi corum debita usque decem annos tunc proximos; uidelicet omni anno decimum debitorum predictorum.

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

33

Ἐπίσης ἐπειδὴ πολλοὶ ὀφειλέται πρὸς ἰδιώτας εὑρίσκονται ἐκτὸς τῆς νήσου, νὰ γραφῇ εἰς τὴν διοίκησιν Κρήτης καὶ τοὺς ἄλλους ρέκτορας τῆς νήσου, ὅπως προκηρύξωσι δημοσίᾳ, ὅτι οἱ ἀπουσιάζοντες τῆς νήσου λόγῳ χρεῶν πρὸς ἰδιώτας, δύνανται ἐντὸς ἓξ μηνῶν νὰ ἐπανέλθωσι καὶ νὰ συμβιβασθῶσι μετὰ τῶν πιστωτῶν των. Ἐν περιπτώσει μὴ συμφωνίας δύνανται καὶ πάλιν νὰ ἀναχωρήσωσι τῆς νήσου ἀνενόχλητοι. 1376, Ἰουλίου 8.

F° 122to Capta. Insuper quia dicitur quod multi sunt extra insulam Crete pro debitis specialium personarum et bonum sit dare eis causam quod redeant ad habitandum in insula supradicta; uadit pars quod scribatur dicto regimini Crete et alijs rectoribus insule quod faciant in corum regiminibus publici proclamari, quod omnes qui exiuissent de insula predicta pro debitis specialium personarum, possint secure uenire in ipsam insulam et comparere usque sex menses proximos a die dicte proclamationis ad concordandum et aptandum se cum creditoribus suis. Et si infra dictum terminum fuerint concordes et aptati, bene quidem, sin autem possint libere et secure exire insulam predictam et ire quo uoluerint sine aliquo impedimento.

34

Μετὰ τὴν ἐπισκευὴν ὁ λιμὴν τοῦ Χάνδακος εὑρίσκεται εἰς καλὴν κατάστασιν. Πρὸς συμπλήρωσιν τοῦ ἔργου ἀπαιτεῖται μόνον δι' ἐργατῶν ἐκβάθυνσις, λόγῳ ἐλλείψεως ὅμως τῶν ἀναγκαιούντων ἐργαλείων καὶ ξυλείας δὲν δύναται νὰ γίνῃ. Διατάσσεται ἡ ἀποστολὴ ξυλείας, ἀξινῶν, πτύων κ. ἄ. ἀξίας πεντήκοντα λιτρῶν. 1376, Ἰουλίου 8.

F° 122to Millesimo trecentesimo LXXVI, die VIII Julii.

Capta. Ceterum quia portus noster Candide per gratiam Dei est satis in bonum ordinem deductus, ita quod ad ipsius perfectum complementum non indiget nisi cauari ad manus, et hoc fieri non possit propter lignamen et alia opportuna, que defficiunt, et non sunt ibi; uadit pars quod mittantur dehinc inter lignamen, zappas, badillos et alia opportuna tot, que sint ad ualorem librarum quinquaginta grossorum, cum quibus dictus portus possit cauari ad manus et alia fieri pro complemento ipsius, sicut fuerit opportunum.

35

Εὐκολίαι παρεχόμεναι εἰς τοὺς ἐμπορευομένους ἐν Κρήτῃ. 1376, Ἰουλίου 11.

F° 124r Millesimo trecentesimo LXXVI, die XI Julij.

Capta. Quod subueniatur mercatoribus nostris conuersantibus in partibus Crete, quod eorum granas, quas presentauerint a die primo Septembris usque diem VIII mensis Octubris proximi duche et consiliarijs Crete, qui ipsas granas poni faciant sub suis clauibus et sigillo in bonis magazenis secundum usum, possint facere conduci Venetias cum nauigijs disarmatis, recedendo inde per totum

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

mensem Octubris predictum. Uerum si galee uiagij Alexandrie in suo reditu irent in Cretam pro leuando de dictis granis; ex nunc ordinetur quod de ipsis solui debeat suum nabulum ipsis galeis secundum usum, assignantibus patronis earum dictis duche et consiliarijs plazam siue locum, ubi debuissent poni grane predicte, et in quanta quantitate, de qua plaza siue loco ipsi ducha et consiliarij nos informent et debeant dicte grane in nauigijs, qui ipsas statuent, dent et assignent illis quorum erunt secundum usum. De alijs uero mercationibus subtilibus, que erunt in partibus Crete, ordinetur quod capitaneus Culphi in reditu suo de partibus Sicilie mittat unam uel duas de galeis Culphi, prout sibi uidebitur fore necessarie secundum quantitatem dictarum mercationum ad partes Crete ad leuandum et conducendum ipsas mercationes Mothonum, habita prius informatione in Mothono, uel alibi de quantitate mercationum predictarum, et de Mothono postea conducantur ipse mercationes Venetias cum armatis nostris secundum ordinem datum.

36

Fo 125r Ἐπιτρέπεται εἰς τὸν εὐγενῆ Θαδδαῖον Ἰουστινιάνον στρατιωτικὸν καπετάνον Κρήτης νὰ ἐπιβῇ τῶν κατέργων τῆς Ἀδριατικῆς ἢ ἄλλων κατέργων καὶ πλοίων μετὰ τῆς οἰκογενείας του καὶ νὰ ἐπανέλθῃ εἰς Βενετίαν. 1376, Ἰουλίου 13.

37

Περὶ ἐξοπλισμοῦ ἐν Κρήτῃ δύο κατέργων ἐκλεγομένων σοπρακομίτων δύο ἐκ τῶν Βενετῶν εὐγενῶν. 1376, Ἰουλίου 26.

Fo 126to Millesimo trecentesimo LXXVI, die XXVI Julij.

Capta. Quod ut simus fortiores in mari pro multis respectibus scribatur regimini Crete quatenus sine mora armare debeat duas de galeis quas ibi habet de melioribus fulciendo ipsas omnibus opportunis et aptari et preparari faciendo eas ut fuerit necessarium, dando eis pagam de duobus mensibus et faciendo supracomitos ipsarum duos de nostris nobilibus deinde cum salario ducatorum triginta in mense, quas galeas sic armatas et fulcitas mittat quam citius esse poterit ad partes Mothoni, ubi inuenient mandatum nostrum, quod sibi mittemus per galeas nostras uiagij Alexandrie et Baruti. Et mittatur sibi pecunia necessaria pro armamento dictarum galearum. Et mittantur etiam unum uel duo corpora galearum dehinc, si uidebitur domino, consiliarijs, capitibus et sapientibus ambarum manum uel maiori parti. De parte alij—non 3—non sinceri 2.

38

Ἔγκρισις ἀγοραπωλησίας τῆς σερβενταρίας εἰς Πισίδα Κανουλάρη Κρήτης. Ἀγοραστὴς ὁ Νικλόριος Μπόκολις, πωλητὴς ὁ Ἀνδρέας Μπάφφος. 1377, Μαρτίου 23.

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

Fo 126to Millesimo trecentesimo LXXVII, die XXIII Martij.

Capta. Cum nobilis uir Andreas Baffo quondam ser Hermolai feudatus Candide uenerit ad compositionem et pactum, placendo nostro dominio, cum Naticlorio a Bochollis ciui nostro habitatore Candide, de dando et transferendo in ipsum Naticlorium unam seruentariam uocatam Picida Canulari; Et hoc quia ipse Andreas Baffo est grauatus debitis et pro attendendo melius communi nostro id in quo tenetur; uadit pars, considerata debili conditione ipsius Andree Baffo, et attendo quod ipse Naticlorius a Bochollis est diues homo, et bene securus, quod approbetur ipsum concordium, quod ipsa seruentaria una cum dimidia scribatur, et ea catastichetur dicto Naticlorio a Bochollis cum quod ipse Naticlorius a Bochollis teneatur ad onera que tenebatur dictus Andreas Baffo nostro communi pro ipsa seruentaria cum dimidia tantum sicut etiam consulunt sapientes terre et sicut multis alijs in casu simili factum fuit.

ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ ΑΡΧΕΙΟΥ Ι. Ε. ΑΙΓΑΙΟΥ

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

LIBER XXXVI.

1377–1380

...

1

Fo 35r Ὁ Κώστας Καλλέργης, υἱὸς τοῦ νόθου Ἰωάννου, εὑρίσκεται ἀκόμη εἰς τὰς φυλακὰς ἀπὸ τῆς μεγάλης ἀποστασίας. Δι' αἰτήσεώς του ζητεῖ τὴν ἀπελευθέρωσίν του, διότι ὡς λέγει ἐξυπηρέτησε τὴν κυριαρχίαν μὲ κίνδυνον τῆς ζωῆς του. Ἡ αἴτησις αὕτη τοῦ Κώστα εἶναι μακροσκελὴς καὶ περιγράφει τὰ γεγονότα λεπτομερῶς. Ἡ Γερουσία λαμβάνουσα ὑπ' ὄψει τὴν αἴτησιν ταύτην, ἐζήτησε τὴν γνώμην τῶν κατὰ τὴν ἐποχὴν ἐκείνην ρεκτόρων, οἵτινες διὰ τῆς ἐκθέσεώς των δικαιώνουσι τὸν Κώστα Καλλέργην συνιστῶντες τὴν ἀπελευθέρωσίν του. Ἀμφότεροι οἱ τέως ρέκτορες συμφωνοῦσι εἰς τὸ σημεῖον ὅτι ὁ Κώστας Καλλέργης προσεπάθησε νὰ προδώσῃ τὸν ἀγῶνα τῶν συμπατριωτῶν του. Προκύπτει δὲ ὅτι, ὁ ἐκ τῶν ἐκτάκτων προνοητῶν Νικόλαος Τριβιζάνος εἶχε τὴν γνώμην, ὅτι ἐὰν ἤθελεν ἐπιτύχῃ τὸ σχέδιον τοῦ Κώστα Καλλέργη, ἤθελον κυριευθῇ τὸ ὄρος τοῦ Ἁγίου Ἰωάννου καὶ ἄλλα μέρη. Ἐπὶ τῆς αἰτήσεως καὶ τῶν γνωματεύσεων τούτων οἱ σοφοὶ ἐπὶ τῶν ὑποθέσεων Κρήτης συνιστῶσιν ἐπιείκειαν καὶ ὑποβάλλουσι ὑπὸ τὴν ἔγκρισιν τῆς Γερουσίας τὸ θέσπισμα, δι' οὗ διατάσσεται ὁ ρέκτωρ Χανίων νὰ ἀποστείλῃ τὸν Κώστα Καλλέργην εἰς Βενετίαν, ὅπόθεν νὰ μὴ ἐπιτραπῇ εἰς αὐτὸν νὰ ἀπομακρυνθῇ. 1377, Ἀπριλίου 9.

2

Ἐπειδὴ ὁ καστελλάνος Κυθήρων δὲν εἶναι ἐπαρκὴς καὶ πρὸ πάντων ὑπὸ τὰς παρούσας περιστάσεις, διατάσσονται ὁ δοὺξ καὶ οἱ σύμβουλοι νὰ ἀποστείλωσιν ἱκανὸν ἀρχηγὸν διὰ τὴν ἀσφάλειαν τοῦ τόπου ἐκείνου ἵνα ἡγηθῇ τῶν δυνάμεων. Ὁ δὲ καστελλάνος νὰ παραμείνῃ αὐτόθι ἐκτελῶν τὴν ὑπηρεσίαν του. 1377, Ἰουλίου 9.

Fo 20r Millesimo trecentesimo LXXVII, die nono Julij.

Capta. Quia ille qui est castellanus Cederici non est persona sufficiens et specialiter tempore presenti; uadit pars quod scribatur et mandetur duche, consiliarijs et capitaneo Crete quatenus mittere debeant illuc unum bonum et sufficientem caput, quod habeat custodiam dicti loci in manibus suis cum illa gente, que sibi uidebitur pro securitate dicti loci, ita quod de ipso sinistrum aliquod, deo dante, nequeat euenire. Ille autem castellanus qui ibi est remaneat ad faciendum regimen suum non impediendo se de custodia loci ullo modo.

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

3

Fº 32r Ἐκλογὴ τριῶν σοφῶν πρὸς μελέτην τῶν Κρητικῶν ὑποθέσεων.
Ἐξελέγησαν: Σὲρ Λουδοβῖκος Κονταρίνης
Σὲρ Νικόλαος Πολάνης
Σὲρ Γουλιέλμος Κουερίνης. 1377, Ὀκτωβρίου 1.

4

Fº 45r Ἐπιτρέπεται εἰς τὸν ἐκλεγέντα ταμίαν Κρήτης νὰ ἐπιβῇ τοῦ κατέργου Ἰουστινιάνα, ὅπως μεταβῇ εἰς τὴν θέσιν του. 1378, Μαρτίου 29.

5

Fº 56to Ἐπιτρέπεται εἰς τὸν εὐγενῆ Βίτον Τριβιζάνον καπετάνον Κρήτης νὰ ἔχῃ ἕνα ἀκόμη ἵππον δι' ἀτομικήν του χρῆσιν, ἐπὶ πλέον τῶν διατεταγμένων εἰς τὰς ἐντολάς του. 1378, Ἀπριλίου 20.

6

Οἱ μοναχοὶ τῆς Ἁγίας Αἰκατερίνης τοῦ ὄρους Σινᾶ κατέχουσιν ἄμπελον παραχωρηθεῖσαν αὐτοῖς ὑπὸ τοῦ Δόγη Πέτρου Τζιάνη, ὡς προκύπτει ἐκ τοῦ ἐν ἰσχύϊ προνομίου. Οἱ μοναχοὶ οὗτοι, εἴτε λόγῳ προνομίου, παραχωρηθέντος ὑπὸ τοῦ Πάπα, εἴτε δι' ἄλλην αἰτίαν, ὑπῆρξαν ἀνέκαθεν ἀσύδοτοι. Νῦν ὅμως, ὡς λέγουσιν, ἐνοχλοῦνται ὑπὸ τῶν εἰσπρακτόρων καὶ ὑποεισπρακτόρων, οἵτινες ἀπαιτοῦσι τὴν πληρωμὴν δεκάτης ἐπὶ τῆς ἀμπέλου. Πρὸς τοῦτο δύο ἐκ τῶν μοναχῶν δι' ἑαυτοὺς καὶ ἐν ὀνόματι τῶν ἄλλων ἀδελφῶν προκειμένου νὰ μεταβῶσιν εἰς Ρώμην πρὸς ἐξασφάλισιν τῶν δικαιωμάτων των, νὰ γραφῇ ἐν καιρῷ εἰς τὸν Πάπαν καὶ τοὺς ἄλλους ἁρμοδίους καὶ νὰ διαταχθῇ ὁ πρεσβευτὴς τῆς διοικήσεως ὅπως ἀποδοθῶσι τὰ δίκαια αὐτῶν. 1378, Μαΐου 20.

Fº 58r Millesimo trecentesimo LXXVIII, die XX Maij.

Capta. Cum monaci Sancte Caterine de monte Sinaj antiquis temporibus possederint et possideant aliquas uineas et territoria in insula nostra Cretensi sibi concessas per bone memorie dominum Petrum Ziani ducem Veneciarum cum magna solemnitate, sicut constat ex priuilegio ualde efficaci. Qui quidem fratres tam per priuilegia papalia quam aliter semper fuerunt liberi et immunes pro dictis uineis et territorijs. Et nunc ipsi fratres qui sunt catholici et sancte uite molestentur sicut dicunt per collectores et subcollectores uolentes ut soluant decimam de dictis uineis et territorijs et propterea duo ex ipsis fratribus nomine suo et aliorum fratrum uadant ad Romanam curiam pro conseruatione suorum jurium; uadit pars quod suo loco et tempore posset scribi domino pape et alijs qui uidebuntur et committi ambaxatori regimini dando jura sua.

7

Εὐκολίαι παρεχόμεναι πρὸς μεταφορὰν οἴνου ἐκ Κρήτης. Τιμολόγιον ναύλου, δικαιώματα τοῦ δημοσίου. 1378, Ἰουνίου 7.

Fº 60r Millesimo trecentesimo LXXVIII, die VII Junij.

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

Capta. Quod in bona gratia elargentur nauigia pro subuencione insule Crete de portata mille quinque centum botarum uini secundum extimationes solitas fieri ad consules mercatorum deputando ad hoc nauigia que sint de portata botarum ducentarum usque quatuor centum et teneantur dicta nauigia caricare de botamine pro conducendo ad dictas partes. Et non possint dicta nauigia accipere de nabulo ultra soldos tres grossorum in auro pro quolibet capite integro et de cerclis et uenchijs tantum pro rata. Et in reditu non possint accipere de nabulo plus de quinque ducatis pro quolibet milliari. Et debeant ista nauigia poni ad incantum in hunc modum uidelicet quod omnes qui ponere uolent ad incantum teneantur dicere super incantu quantum uolunt dare communi pro quolibet milliari eius quod conducent in reditu. Et illi qui plus dabunt ponant nauigia per modum et cum ordine predicto. Et teneantur illi qui ponent ista nauigia soluere nostro communi incantum suum de nabulis que exigent in suo reditu et probentur dicte naues ad unam ad unam in hoc consilio et si habuerint maiorem partem sint firme.

Et cridetur publice quod omnes uolentes caricare botamen per modum predictum teneantur ire ad extraordinarios et facere scribi ordinate quantitatem botarum quam uolent caricare affirmando per sacramentum quantitatem quam uolent mittere. Et extraordinarij teneantur facere caricare per ratam botamen predictum, ita quod quilibet tractetur equaliter habendo terminum quatuor dierum ad faciendum se scribi post quam hec pars cridata fuerit. Et de reditu ordinetur quod rectores nostri teneantur facere fieri cridam predictam et tenere modum et ordinem predictum de faciendo caricare per ratam ita quod quilibet tractetur equaliter et predicta habeant locum per modum proximo Septembri, et teneantur dicta nauigia recedere usque dies uiginti mensis presentis.

Et quia hic sunt duo nauigia de Creta paria, unum ser Maphei Barbadico aliud ser Marci Pasqualigo que sunt armata solum de hominibus Grecis deinde et stant hic cum maximo sinistro. Ordinetur quod ista duo nauigia sint firma ex nunc ultra dictum numerum cum onere quod habebunt alia nauigia predicta ad incantum.

8

Περὶ μεταφορίς ἑκατὸν εἴκοσι βαρελίων οἴνου τοῦ Τζανάκη Μουδάτσου ἐκ Κρήτης. 1378, Ἰουλίου 9.

Fo 61r Millesimo trecentesimo LXXVIII, die nono Julij.

Capta. Quia est quedam cochina ser Zanachi Mudacio laborata in Canea portate botarum CXX que stant cum magno sinistro et iam magno tempore semper comparens ser Petrus Mudazo coram dominio. Et etiam restant bote 80 ad dandum de summa ordinata; uadit pars consideratis meritis dicti ser Zanachi et

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

bonis operibus suis quod ista cochina deputetur etiam cum condicionibus captis
7 pro ser Mapheo Barbadico et ser Marco Pasqualigo pro uagio insule Crete.

9

Καθορισμὸς τόκου δανείων 4 %. 1378, Ἰουλίου 12.

Fo 61r Millesimo trecentesimo LXXVIII, die XII Julij.

Capta. Quod pro factis nostris fiant cum consilijs ordinatis quatuor pro
3 centenario de imprestitis. Omnes de parte.

10

Ἀκυροῦται ἡ ἀποστολὴ πλοίων (ἀριθμοῦ 7) εἰς Κρήτην κτλ. καὶ παραμένει ἐν ἰσχύϊ ἡ διαταγὴ περὶ ναυλώσεως πλοίων πρὸς μεταφορὰν σίτου. Τὰ πλοῖα ταῦτα ἀναχωροῦντα ἐκ Βενετίας δύνανται νὰ παραλάβωσι βαρέλια ἐπὶ ναύλῳ μέχρι δουκάτων δύο δι' ἕκαστον καὶ κλοιοὺς (στεφάνια) ἐπὶ ναύλῳ κατ' ἀναλογίαν. Καθορισμὸς ἀπόπλου τῶν πλοίων. 1378, Ἰουλίου 14.

Fe 61r Millesimo trecentesimo LXXVIII, die XIIII Julij.

Capta. Quod pro respectu omnes boni ordinetur quod partes pridie capte de elargitione nauigiorum pro insula Crete et Chorono et Mothono reuocentur in totum ita quod nauigia remaneant et sint in totum sub prima strictura.

5 Uerum remaneat firma pro nauigia naulizata per nostros prouisores bladi, pro factis bladi pro eundo ad partes insule Crete et detur ordo quod ipsa nauigia ad exitum de Venecijs teneantur caricare de botamine et circlis non possendo accipere de nabulo ultra dncatos duos pro capite et sic de circlis per rationem. Et ut omnes tractentur equaliter committatur extraordinarijs quod fatiant cridari
10 quod omnes uolentes caricare de botamine teneantur usque duos dies proximos comparere coram eis et affirmare per sacramentum quantitatem botarum quam uolent caricare et scriptis predictis extraordinarij debeant facere ratam ordinate ita quod quilibet tractetur equaliter et caricet ratam suam.

Et teneantur dicta nauigia omnino recedere usque dies XXII mensis presentis
15 omni causa remota. Uerum nauis ser Pauli Faletro habeat terminum per totum mensem presentem sicut patizauit cum nostris prouisoribus bladi.

11

Ἐπὶ τοῦ προηγουμένου θεσπίσματος ἐκδίδεται νεώτερον, δι' οὗ διατάσσεται, ὅτι ἐὰν ἐγένετο ἄλλη ναύλωσις πλοίων πρὸς μεταφορὰν σίτου, ἀκυροῦται ὅλως διόλου ἡ προηγουμένη, δὲν ἐπιτρέπεται δὲ εἰς πλοῖα μεταφορᾶς σίτου ναῦλος μεγαλύτερος τῶν δύο δουκάτων κατὰ βαρέλαν. Ἔπονται διάφοροι περιορισμοὶ περὶ τὴν φόρτωσιν. 1378, Ἰουλίου 14.

Fo 61v Millesimo trecentesimo LXXVIII, die XIIII Julij.

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

Quod die Martis futura xx huius mensis detur hoc consilium Rogatorum aduocatorum nostris communis.

Capta. Insuper si foret factum aliquod naulizamentum reuocetur in totum non possendo dicta nauigia a blado accipere ullo modo ultra duos ducatos pro capite.

Insuper ordinetur quod super nauigijs predictis naulizatis per prouisores bladi ut dictum est non possint leuari nec caricari aliqua alia capita contra ordinem predictum ullo modo, nisi illa que ordinata fuerint per nostros extraordinarios secundum formam istius partis sub pena perdendi omnia capita bottarum caricatarum contra hoc et libras decem paruorum pro quolibet capite. Et mittantur in scriptis per extraordinarios regimini Crete omnia capita que caricata fuerint in Venecijs cum ordine predicto mandando ipsi regimini Crete quod diligenter uideant et examinent si fuerit contrafactum et ab omnibus qui contrafecerint exigant penam predictam ita quod seruetur intentio terre.

Item quod ipsa nauigia teneantur ire recte in Candidam uel ad insulam Crete sub pena ducatorum mille pro quolibet nauigio contrafatiente, quam penam exigant prouisores communis habendo partem ut de alijs sui officij.

Item quod rectores nostri ituri in insula Crete ad regimina sua possint cum equis familia et rebus suis ire cum dictis nauigijs et si poterunt de nabulo cum patronis esse concordes bene quidem, sin autem ducale dominium debeat ordinare et tansare sicut uidebitur esse iustum.

Quia sentitur quod magna quantitas personarum est itura cum istis nauigijs ad partes Crete et Coroni et Mothoni uel ad alias partes; uadit pars quod ordinetur quod aliquod ex dictis nauigijs non possit leuare nec leuari facere aliquam personam ultra salariatos nauis et limitatos ad consules mercatorum sine licentia dominij sub pena librarum centum pro qualibet testa in qua fuerit contrafactum et standi tribus mensibus in uno carcere inferiori pro quolibet patrono contrafatiente et qualibet uice. Et scribatur rectoribus nostris quod inquirant ordinate deinde de predictis et si inuenerint aliquem contrafecisse exigant penam predictam et faciant obseruari predicta cum effectu non intelligendo in hoc illos quibus est concessum per istud consilium nec nostros rectores. Et committatur officialibus leuantis quod predicta nota faciant ordinate patronis nauium predictarum accipiendo informationem de nauibus predictis que elargate sunt.

Capta. Quod subueniatur ser Federico Cornario ciui nostro quod possit mittere suas pulueres natas et factas in suo casali de partibus de Cerine ad partibus Syrie, cum presenti naui nostra que uadit ad illas partes et quod Mateus de la Colona possit pro suo factore ire ad partes illas loco unius sui factoris defuncti.

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

Capta. Item quod si aliquis alius ex nostris haberet de suo hauere super
40 insula Cipri possit conducere ad partes Sirie cum dicta cocha.

12

Fo 63r Ἐπιτρέπεται εἰς τὸν εὐγενῆ Ἀνδρέαν Ζένον δοῦκα Κρήτης νὰ ἐπιβῇ τῶν κατέργων μέχρι Μεθώνης, ἐὰν δὲ αὐτόθι συναντηθῇ μετὰ πλοίων προοριζομένων διὰ Βενετίαν, δύναται νὰ ἐπιβῇ, χωρὶς ὅμως νὰ δυσκολεύσῃ τὸν πλοῦν των. 1378, Ἰουλίου 30.

13

Fo 68to Ὁ εὐγενὴς Ἐρρῖκος Δάνδολος σοπράκομις κατέργου, λόγῳ τῆς συμπεριφορᾶς του καὶ τῆς πίστεώς του, διωρίσθη ἰσόβιος καπετάνος πόλεως Χάνδακος. Ἐπειδὴ ὅμως πολλάκις ἀνατίθενται αὐτῷ διάφοροι ὑπηρεσίαι, διορίζει ὡς ἀντικαταστάτας του ἱκανοὺς πολίτας, πολλάκις ὅμως ἡ διοίκησις Κρήτης ἀπσιτεῖ διορισμὸν προσώπων τῆς ἐκλογῆς της. Δι' αἰτήσεώς του ἤδη ὁ Δάνδολος ζητεῖ νὰ καθορισθῇ, ὅπως ὁ ἀντικαταστάτης του διορίζηται ὑπ' αὐτοῦ καὶ ἐγκρίνηται ὑπὸ τῆς διοικήσεως. Γίνεται ἀποδεκτὴ ἡ αἴτησις, ὡς δικαία. 1378, Σεπτεμβρίου 13.

14

Fo 73r Ἀπεφασίσθη ἐν τῷ συμβουλίῳ τῶν ἑκατὸ σοφῶν ἐπὶ τοῦ πολέμου νὰ γραφῇ πρὸς τὸν δοῦκα καὶ συμβούλους Κρήτης, ὅτι ἐκ τῶν ἐμπορευμάτων Βενετῶν ἐμπόρων μεταφερθέντων εἰς Κρήτην ἐκ Βηρυττοῦ, Συρίας, Ἀλεξανδρείας καὶ ἄλλων μερῶν, ὀφείλουσι νὰ παραδώσωσι τὰ ἀνήκοντα εἰς ἐμπόρους Κρήτης ἢ εἰς τοὺς ἀντιπροσώπους αὐτῶν. 1380, Νοεμβρίου 3.

ΣΗΜΕΙΩΣΕΙΣ ΚΑΙ ΣΧΟΛΙΑ

Οἱ αὔξοντες ἀριθμοὶ τῶν σημειώσεων ἀντιστοιχοῦσι πρὸς τὸν αὔξοντα ἀριθμὸν τῶν θεσπισμάτων.

Σημείωσις. **Τὰ θεσπίσματα τὰ ἔχοντα ἐπουσιώδη σημασίαν ἢ ἀφορῶντα εἰς διορισμούς, παρατίθενται ἐν Ἑλληνικῇ περιλήψει.**

1. Ἡ ὑπόθεσις αὕτη τοῦ Κώστα Καλλέργου εἶναι πολυτιμοτάτη ἀπὸ ἀπόψεως ἀρχειακοῦ ἐγγράφου. Διὰ ταύτης παρέχονται πληροφορίαι σημαντικώταται ἀφορῶσαι εἰς τὴν μετὰ τὴν ἐπανάστασιν τοῦ 1363 ἐπανάστασιν τῶν Ἑλλήνων. Δυστυχῶς τὸ ἔγγραφον τοῦτο ἀποσταλὲν εἰς τὸ ἀρχεῖον Βενετίας πρὸς ἀντιβολήν, δὲν ἐπεστράφη.

9. Παρὰ τὸ θέσπισμα περὶ καθορισμοῦ τοῦ τόκου εἰς 4%, ἡ τοκογλυφία, διενεργουμένη κυρίως ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων, ὠργίαζεν.

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

14. Οἱ ἑκατὸ σοφοὶ ἐπὶ τοῦ πολέμου ἦτο τρόπον τινὰ ἐπιτροπὴ ἐξουσιοδοτήσεως ἐκλεγομένη ὑπὸ τοῦ Μείζονος Συμβουλίου. Πλὴν τῶν κορυφαίων ἀξιωματούχων, οἵτινες αὐτοδικαίως ἀπετέλουν μέρος αὐτοῦ, ὡς ὁ Δόγης, οἱ σύμβουλοι, οἱ πρόεδροι τῶν 40, ἐξελέγοντο ὑπὸ τοῦ Μείζονος Συμβουλίου καὶ τὰ μέλη τὰ ὁποῖα ἀπετέλουν τὸ συμβουλευτικὸν συμβούλιον τοῦ πολέμου, πρὸς διευκόλυνσιν τῶν συζητήσεων ἀφοῦ τοῦτο ἦτο ὀλιγομελέστερον τοῦ Μείζονος Συμβουλίου, τοῦ ὁποίου τὰ μέλη ἠδύναντο νὰ ὑπερβῶσι τοὺς ἑξακοσίους.

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

LIBER XXXVII.

1381–1382

1

Μετὰ τὴν συνθήκην εἰρήνης τῆς 8 Αὐγούστου 1381, δημοσιευθείσης πανηγυρικῶς, τὴν 4 Σεπτεμβρίου ἡ Γερουσία ἀπεφάσισε τὴν εἰσαγωγὴν εἰς τὸ Μεῖζον Συμβούλιον 30 νέων εὐγενῶν, ἕνεκα τῶν ὑπηρεσιῶν τὰς ὁποίας προσέφερον κατὰ τὸν πόλεμον (ὅρα ἀριθ. 4). Οἱ ὑποψήφιοι ὑπῆρξαν πολλοί, ἐξ αὐτῶν ἐπροτάθησαν 60 καὶ ἐκ τούτων ἐξελέγησαν 30.

Μεταξὺ τῶν 30 τούτων ἐκλεγέντων συμπεριλαμβάνονται οἱ ἐκ Κρήτης.

Μᾶρκος Πασκουαλῖγος.

Γεώργιος Καλλέργης.

Ἡ ἀπόφασις αὕτη τοῦ Μείζονος Συμβουλίου κατεχωρήθη καὶ εἰς τὰ Libri Commemoriali Βιβλίον VIII φῦλλον 42 (44)to Σεπτεμβρίου 4.

2

Οἱ οἶνοι Κρήτης, Μονεμβασίας καὶ Ρωμανίας πληρώνουσιν εἰσαγωγικὸν δασμὸν ἐν Βενετίᾳ δουκάτα τρία δι' ἕκαστον ἀμφορέα. 1381, Σεπτεμβρίου 24.

Fo 7to Millesimo trecentesimo LXXXI, die XXIIII Septembris.

Capta. Quod uina de Creta, Monouasia et Romania soluant ad introitum ducatos tres pro amphora sicut soluunt ad presens. De non 1.—Non sinceri 0.—Omnes alij de parte.

3

Fo 25r **Ἐπιτρέπεται εἰς τὸν Μᾶρκον Μαρτσέλλον τέως ρέκτορα Ρεθύμνου νὰ ἐπιβῇ οἵου δήποτε δημοσίου πλοίου, μετ' ἐλαφρῶν ἀποσκευῶν, ὅπως ἐπανέλθῃ εἰς Βενετίαν, καταβάλλων τὸν ναῦλον εἰς τὸ δημόσιον. 1381, Ὀκτωβρίου 5.**

4

Δυνάμει συνθήκης εἰρήνης ἡ νῆσος Τένεδος παραχωρεῖται εἰς τὸν κόμιτα Σαβαυδίας, διατάσσεται πρὸς τοῦτο ὁ Ἰωάννης Μουδάτοιος βάϊλος καὶ καπετάνος Τενέδου, ὁ καπετάνος τῶν κατέργων καὶ ὁ Πανταλέων Μπάρμπος πρεσβευτὴς καὶ βάϊλος ἐν Κωνσταντινουπόλει, παραγγέλλεται δὲ εἰς τὸν δοῦκα, συμβούλους καὶ καπετάνον Κρήτης νὰ δεχθῶσιν εὐμενῶς, ἐὰν μετὰ τὴν παραχώρησιν τῆς Τενέδου ἤθελον καταφύγῃ πρόσφυγες ἐν Κρήτῃ. Εἰς τούτους νὰ δοθῶσι κτήματα τῆς

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

κοινότητος Κρήτης καὶ νὰ εἶναι ἐλεύθεροι καὶ ἐξησφαλισμένοι ἀπὸ πάσης ἀγγαρείας πραγματικῆς ἢ προσωπικῆς πλὴν τῆς καταβολῆς τῶν φόρων. Ὡσαύτως τὰ αὐτὰ νὰ παραγγελθῶσιν εἰς τὸν βάϊλον καὶ καπετάνον καὶ συμβούλους Εὐβοίας, ὅπως ἐποικήσωσιν εἰς τὰς Βενετοκρατουμένας χώρας Κάρυστον, Πτελεόν, Λάριμναν (Larmani) καὶ Χαλκίδα. Πρὸς τοῦτο ὁ Τζανάκης Μουδάτσος νὰ καλέσῃ 10-15 ἐκ τῶν προὐχόντων, ὅπως πείσωσι τοὺς κατοίκους νὰ μετοικήσωσιν εἰς Κρήτην καὶ Εὔβοιαν. Εἰς τοὺς 10-15 τούτους, οἵτινες θὰ μεταπείσωσιν τοὺς κατοίκους τῆς Τενέδου πρὸς μετοικεσίαν ὁ Μουδάτσος νὰ ὑποσχεθῇ εἰς αὐτοὺς 100 ὑπέρπυρα ἐτησίως εἰς ἕκαστον, ἐφ' ὅρῳ ζωῆς των. Τὸ ποσὸν δὲ τὸ ὁποῖον διατίθεται διὰ τοὺς 10-15 δύναται ὁ Μουδάτσος νὰ διανείμῃ κατὰ βούλησιν καὶ οὐχὶ κατ' ἴσας μερίδας. Ὅταν δὲ πεισθῶσιν ὅσῳ τὸ δυνατὸν περισσότεροι, νὰ ἐπιβιβάσῃ αὐτοὺς μεγάλου κατέργου καὶ νὰ ἀποστείλῃ εἰς Χάνδακα. Ἐὰν δὲ δὲν δύνανται ἅπαντες νὰ ἐπιβιβασθῶσι, νὰ ναυλώσῃ πλοῖα ἀναλόγως τῶν μετοικούντων. Τοὺς μετοικοῦντας διὰ τοῦ μεγάλου κατέργου θὰ συνοδεύσῃ εἰς Χάνδακα ὁ Μουδάτσος, ὁ ὁποῖος καὶ θὰ ἀποτελέσῃ μέρους συμβουλίου ἐν Χάνδακι ἐκ τοῦ δουκός, τῶν συμβούλων καὶ τοῦ καπετάνου πρὸς στέγασιν αὐτῶν. Οἱ ἐν Τενέδῳ εὑρισκόμενοι βαλλιστάριοι θὰ ἐπιβιβασθῶσι τοῦ κατέργου τοῦ ὁποίου σοπρακόμις εἶναι ὁ Ἐρρῖκος Δανδόλος. Ἐὰν δὲν ἤθελεν ἐπιτευχθῇ ἡ κάθοδος εἰς Χάνδακα τῶν κατοίκων Τενέδου, τότε ὁ Δάνδολος νὰ ἀναλάβῃ τὴν πλοιαρχίαν τοῦ μεγάλου κατέργου καὶ νὰ ἐπιβιβάσῃ τοὺς βαλλισταρίους καὶ τοὺς ἄλλους ἄνδρας, ὅπως ἐπανέλθωσιν εἰς Βενετίαν. Ἐπὶ τοῦ ἐλαφροῦ δὲ κατέργου τοῦ Ἐρρίκου Δανδόλου νὰ ἀναλάβῃ τὴν πλοιαρχίαν ὁ Ἰάκωβος Βιτσεμάνος, ὅστις νὰ μεταβῇ εἰς Χάνδακα πρὸς παροπλισμόν, ἀποστέλλων εἰς Εὔβοιαν τὸ κάτεργον Εὐβοίας. Τὰ κάτεργα δὲ ταῦτα νὰ μεταφέρωσιν εἰς Εὔβοιαν καὶ Χάνδακα τοὺς ὀλίγους, οἵτινες ἤθελον νὰ μετοικήσωσιν ἐκ Τενέδου, εἰδοποιουμένων ὑπὸ τοῦ Μουδάτσου τῶν ἀρχῶν Κρήτης καὶ Εὐβοίας, διὰ νὰ προβλέψωσι περὶ αὐτῶν. Ἀκολουθοῦσι διαταγαὶ διὰ τὸ μέγα κάτεργον, ἐν ᾗ περιπτώσει θὰ ἐπρόκειτο νὰ ἐπανέλθῃ εἰς Βενετίαν. Ἐπίσης ὁ Μουδάτσος νὰ φροντίσῃ περὶ τῆς διασώσεως τοῦ ὑλικοῦ καὶ τῶν πολεμοφοδίων τῶν εὑρισκομένων ἐν Τενέδῳ. Ἐκ τούτων δύναται νὰ πωλήσῃ εἰς τοὺς ἄνδρας τοῦ κόμιτος Σαβαυδίας ἐπὶ προθεσμία 4 μηνῶν. Νὰ λάβῃ γνῶσιν ὁ Μουδάτσος, ὅτι ὁ καπετάνος καὶ οἱ ἄνδρες τοῦ κόμιτος Σαβαυδίας ἤρχισαν μισθοδοτούμενοι ἀπὸ 21 Ὀκτωβρίου διὰ μίαν τετραμηνίαν διὰ δουκάτων 750 χρυσῶν, ἥτις εἶναι τὸ ἥμισυ τῆς δαπάνης μιᾶς τετραμηνίας, τὴν ὁποίαν ὑποχρεοῦται νὰ καταβάλῃ ἡ Βενετία, δυνάμει τῆς συνθήκης. Ἑπομένως ἂν ἤθελον παραμείνῃ πλέον τῶν 4 μηνῶν, ὀφείλει ἡ Βενετία νὰ καταβάλῃ τὸ ἥμισυ τοῦ μισθοῦ διὰ τὸ διάστημα πέραν τῶν 4 μηνῶν. Ὡς πρὸ τὰ χρήματα τῶν Βενετικῶν κατέργων καὶ τῶν εὑρισκομένων εἰς τὸ φρούριον τῆς Τενέδου νὰ σταλῶσιν πρὸς τὸν Μουδάτσον μέχρι ποσοῦ 5.000 δουκάτων. Ταῦτα ὀφείλει ὁ Μουδάτσος νὰ κατανείμῃ κατὰ τὸ δοκοῦν αὐτῷ μεταξὺ τῶν Βενετικῶν κατέργων καὶ τῶν ἐντεταλμένων τὴν φρούρησιν τῆς Τενέδου. Ἀκόμη νὰ γραφῇ εἰς τὸν Τζανάκην Μουδάτσον, ὅτι ἐν ᾗ περιπτώσει παρετηρεῖτο ἔλλειψις τροφίμων εἰς τοὺς ἄνδρας τοῦ κόμιτος Σαβαυδίας πρὸ τῆς παρελεύσεως τῶν 4 μηνῶν διὰ τοὺς ὁποίους ἐμισθοδοτήθησαν, ὀφείλει νὰ προμηθεύσῃ ταῦτα ἐξ ἰδίων. Ἐὰν δὲ εἶχεν ἔλλειψιν τροφίμων ὀφείλει νὰ συνδράμῃ αὐτοὺς διὰ χρημάτων ἐπὶ λογαριασμῷ τοῦ ἡμίσεως, ἐκ χρημάτων τῆς κοινότητος. Ἐπίσης ὀφείλει νὰ συνεννοηθῇ μετὰ τοῦ Πανταλέοντος Μπάρμπου πρὸς ἐξεύρεσιν πλοίων ἐν Κωνσταντινουπόλει διὰ τὴν μεταφορὰν τῶν πιστῶν μετὰ τῶν οἰκογενειῶν των ἐκ Τενέδου. Ἐν ᾗ περιπτώσει ἡ κατεδάφισις τῶν φρουρίων τῆς Τενέδου παρετείνετο. ὁ Τζανάκις Μουδάτσος καὶ οἱ σοπρακόμιτες νὰ ἐπιστρέψωσιν εἰς Βενετίαν, ἀφ' οὗ προκηρυχθῇ ἡ κατεδάφισις τῶν φρουρίων τῆς Τενέδου. Πάντες ὀφείλουσι νὰ σεβασθῶσι τοὺς κατοίκους καὶ οὐδεὶς νὰ ἐνοχλήσῃ ἢ ζημιώσῃ ὅπως δήποτε αὐτοὺς καὶ τὰς περιουσίας των. Γενομένης ἐκλογῆς ὑπὸ τῆς Γερουσίας περὶ τοῦ ἀρχηγοῦ τῶν κατέργων καὶ ἐκτελεστοῦ τῶν ἀνωτέρω διαταγῶν, ἐξελέγη

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

ὁ Τζανάκις Μουδάτσος, ὡς ἀντικαταστάτης δὲ αὐτοῦ ἐν περιπτώσει κωλύματος ὁ δεύτερος ἐπιλαχὼν Ἀντώνιος Ἀρδουίνος καὶ τούτου κωλυωμένου ὁ Ἐρρῖκος Δάνδολος τρίτος ἐπιλαχών, τέλος ἐν περιπτώσει κωλύματος καὶ τούτου ὁ Ἰάκωβος Βιτσεμάνος τελευταῖος ἐπιλαχών.

Τῇ προτάσει γερουσιαστῶν τινων τροποποιεῖται τὸ ζήτημα τῆς μετοικεσίας τῶν κατοίκων Τενέδου. Πρὸς μεταφορὰν τῶν κατοίκων ὁ Μουδάτσος νὰ κρατήσῃ ἅπαντα τὰ κάτεργα ἢ μέρος αὐτῶν πρὸς παραλαβὴν τῶν κατοίκων ἢ μέρος αὐτῶν. Πρὸς ταχείαν διεκπεραίωσιν τῆς μετοικεσίας δύναται νὰ χρησιμοποιήσῃ τὸ μέγα κάτεργον καὶ νὰ ἀποστείλῃ πλῆρες εἰς Εὔβοιαν. Τὸ κάτεργον τοῦτο κατὰ τὴν ἐπάνοδόν του νὰ παραλάβῃ τοὺς ὑπολοίπους, διότι δὲν δύναται νὰ παραμένῃ μετὰ τῶν κατέργων ἐν Τενέδῳ μετὰ τὴν ἄφιξιν τῶν Γενουατικῶν. Ἐὰν δὲ οἱ κάτοικοι ἀρνοῦνται νὰ μετοικήσωσι, τότε νὰ ἀναχωρήσῃ ἐκ Τενέδου, μεθ' ὅλου τοῦ στόλου, τὸ δὲ μέγα κάτεργον νὰ ἀποστείλῃ εἰς Εὔβοιαν πρὸς παροπλισμόν, τὸ τοῦ Βιτσεμάνου πρὸς τὸν αὐτὸν σκοπὸν εἰς Χανιὰ καὶ τὸ μέγα κάτεργον τοῦ Ἐρρίκου Δανδόλου νὰ ἐπανέλθῃ εἰς Βενετίαν. 1381, Νοεμβρίου 14.

Fo 25to Millesimo trecentesimo LXXXI, die XIIII Nouembris.

Quod scribatur et committatur nobili uiro ser Johanni Mudatio Baiulo et capitaneo Tenedi ac capitaneo galearum sibi commissarum et nobili uiro ser Panthaleoni Barbo ambaxatori et Baiulo ad partem Constantinopolis.

Capta. Significamus uobis quod in nostris consilijs Rogatorum et addicionis capte fuerunt partes tenoris infrascripti mandantes uobis per nos et dicta nostra consilia, quatenus ipsas partes et contenta in eis debeatis obseruare in quantum ad uos spectat et facere inuiolabiliter obseruari. Quarum partium tenor talis est. Quod in bona gratia committatur nobili uiro ser Zanachi Mudatio Baiulo et capitaneo nostro Tenedi quod recepto presenti mandato de presenti et sine mora debeat dessignare castrum insulam et fortilicias Tenedi nobili uiro capitaneo gentium illustris et excelsi domini comitis Sabaudie secundum formam capituli pacis cuius capituli pacis copia mittatur dicto ser Zanachi Mudatio pro sua informatione. Et quod ipse ser Zanachi faciat sibi fieri instrumentum quietationis ad plenum de designatione et traditione predicta a predicto capitaneo gentium domini comitis Sabaudie in forma quam ei ordinate mittimus hic inclusam. Et pro ista causa mittatur ei et supracomitis galearum nostrarum sindicatus ad plenum.

Et quia super omnia est tenendus omnis modus possibilis quod ruinatio et destructio castri fortiliciarum et insule Tenedi fiat pacifice quiete et cum bono ordine, ita quod nullus error uel scandalum occurrat ullo modo. Informetur ser Zanachi Mudazo predictus qualiter capitaneus gentium domini comitis Sabaudie fuit locutus nobis cum super facto predicto et inter alia nobis dixit quod uidebatur sibi utile ymo necessarium quod ad fatiendum optime et sufficienter dictum factum deberent ibi esse et se reperire galee nostre que sunt deinde et quod intendebat ipsas requirere deinde a capitaneo nostro ipsarum galearum et mon-

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

strare quod ipse capitaneus gentium domini comitis Sabaudie hoc diceret et requireret a se pro bono et ueloci expedicione facti predicti. Et licet putemus et firmiter credamus quod ipse capitaneus gentium domini comitis Sabaudie hoc requireret deinde sicut dixit nobis, tamen ad habundantem cautellam scribatur dicto ser Zanachi Mudaçio ut in casu quo ille capitaneus gentium domini comitis non requireret nostras galeas esse ad istud factum pro securitate ruinationis Tenedi ipse ser Zanachi Mudazo ipsum inducat cum illis sapientibus et honestis uerbis que sibi uidebuntur quod requirat galeas nostras esse ad ipsum factum tam pro bono et securitate dicti negocij quam pro uelociori expedicione agendorum. Et pro hac causa sumus contenti et placet nobis quod galee nostre predicte stent in partibus deinde per duos menses a die quo illuc applicuerint uel circa, ita quod negotia pacifice et cum bono ordine executioni mandentur. Et si ante dictum tempus duorum mensium adimpletum et factum fuerit factum predictum, ante se expediant nostri deinde et dent expedicionem factis sicut hic inferius per ordinem continetur.

Et quia non est perdendum tempus de uia ambaxatoris et baiuli nostri nobilis uiri ser Panthaleoni Barbo ad partes Constantinopolis pro bono agendorum nostrorum committatur dicto nostro ambaxatori et baiulo quod cum applicuerit Tenedum debeat subito recedere et facere se conduci Constantinopolim cum una de duabus nostris geleis subtilibus ut sibi utilius et melius uidebitur pro bono et expedicione sua et agendorum nostrorum. Et ipso illuc conducto debeat licenciare illam galeam et ordinare quod redeat Tenedon sine aliqua mora. Et sic scribatur et mandetur capitaneo galearum nostrarum deinde quod debeat obseruare.

Et quia sindicus Januensis cum magna instantia nos rogauit quod fatiamus ipsum conduci cum una de galeis nostris Chium, ad quem locum est necessarium omnino ipsum ire pro dando ordinem de habendo unam galeam de Chio, unam de Metelino et unam de Pera pro facto securitatis ruinationis Thenedi, complaceatur dicto sindico sicut requisit et mandetur illi qui remanserit capitaneus galearum nostrarum deinde quod cum una de galeis nostris fatiat ipsum sindicum celeriter conduci Chium uel Metelinum sicut uidebitur comodius et melius capitaneo nostro ser Zanachi Mudazo dando ordinem ipse nostre galee quod ipso sindico deposito subito redeat Tenedon pro bono et expedicione agendorum nostrorum predictorum.

Item mandetur capitaneo galearum nostrarum deinde quod reperientibus se galeis nostris et galeis Januensium insimul de sotietate pro facto securitatis ruinationis Tenedi teneat modum quod nostri cum Januensibus tractent

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

se amicabiliter et fraterne et tanquam boni fratres et socij ita quod nulla briga error uel scandalum occurrat ullo modo regulando taliter gentes nostras et cum sic bono ordine quod possit apud nos perpetuo commendari.

Et quia locus Tenedi destrui et ruinari debet secundum formam pacis et pro ista causa uadant ad illas partes gentes domini comitis Sabaudie et sindicus Januensium. Et pro honore et fama nostri dominij fatiat et eciam est secundum deum et caritatem per omnem modum possibilem quod illi boni homines et persone cum suis familijs que habitant in dicto loco et insula Tenedi possint habere reductum in locis nostris et non uadant se disperdendo cum suis familijs. Scribatur et committatur ser Zanachi Mudazo et nostro ambaxatori et baiulo Constantinopolis donec erit ibi in Tenedo non tardante ipso ambaxatore et baiulo in aliquo propterea uiam suam. Quod sicut et quando eis uidebitur debeat dicere illis bonis hominibus et fidelibus nostris Tenedi quod nouit deus ipsos omnes semper amauimus intrinsece et tenuimus pro carissimis filijs et fidelibus nostri dominij et tenere intendimus et quod illud quod fecimus de facto Tenedi coacti inuite durissime cum lacrimis in oculis fecimus pro ponendo nos et totum mundum in pace. Et ut uideant per effectum nostram sincerissimam et optimam dispositionem erga eos, sumus contenti placendo eis quod in bona gratia se reducant cum suis familijs ad habitandum in insula nostra Crete, dando eis ad intelligendum quod iam scripsimus et mandauimus nostro regimini Crete quod illos ex eis quod illuc ibunt recipiant alacriter et libenter tanquam carissimos et fidelissimos nostri dominij et quod prouideant eis et cuilibet eorum secundum facultates et condiciones suas de locis nostri communis insule Crete, ita quod possint uiuere ad honorem nostri dominij uel per alium modum ut eis uidebitur. Et ultra hoc quod erunt in dicta insula liberi et franchi usque XX annos ab omnibus oneribus et factionibus deinde realibus et personalibus exceptis datijs ut habeant causam de bono in melius perseuerandi in gratia et fidelitate nostri dominij. Et sic scribatur et mandetur regimini nostro Crete uidelicet duche consiliarijs et capitaneo Crete sicut superius per ordinem dictum est, informando etiam regimen predictum quod suo posse ponant predictos de insula Tenedi cum familijs suis in pluribus locis insule nostre Crete ita quod non stent omnes insimul in uno loco pro omni bono respectu.

Et si predicti de Tenedo fidelissimi nostri dominij uel aliqui ex eis uellent potius conduci Nigropontem quam ad alias partes cum condicionibus predictis supra contentis de insula Crete, uidelicet dando eis de locis nostri communis partium Nigropontis et quod sint franchi usque XX annos etc. ut superius continetur sit cum gratia dei et ad cautelam scribatur baiulo et capitaneo et consiliarijs

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

Nigropontis per modum supra contentum et narratum de scribendo regimini Crete informando baiulum et capitaneum et consiliarios Nigropontis quod sicut sciunt habemus loca nostra Caristi, Larmani et Phytilei et burgi Nigropontis in quibus locis uel alijs si qua sunt deinde nostri communis poterunt eos locare et ponere sicut eis uidebitur utilius et melius ita quod possint uiuere cum eorum familijs ad honorem nostri dominij.

Et quia est tenendus omnis modus possibilis pro honore et fama nostri dominij quod isti fidelissimi nostri de insula Tenedi et quibus nos et tota terra nostra tantum sumus obligati se reducant ad insulam nostram Crete uel ad partes Nigropontis ut dictum est et quod non uadant ad malum nec ad periculum disperdendi se, committatur ser Zanachi Mudazo predicto quod sicut et quando eis uidebitur debeat conuocare usque x uel xv de notabilioribus et melioribus dicte insule Tenedi, et ipsos inducere caute et secrete quod se disponant alacriter et bono corde ad eundum ad insulam nostram Crete cum suis familijs uel ad partes Nigropontis ut dictum est et quod illi x uel xv quos ipse ser Zanachi elliget debeant inducere omnes alios uel bonam partem eorum ad eundum pro bono suo et familiarum suarum ad loca nostra predicta. Et ut predicti x uel xv quos ipse ser Zanachi elliget habeant bonam causam inducendi alios ut est dictum, ita quod res habeat effectum sumus contenti et uolumus quod ipse ser Zanachi, quia plene confidimus de persona sua, habeat libertatem dandi illis bonis hominibus x uel xv qui inducent alios aliquam prouisionem omni anno in uita sua ultra ea que superius dicta sunt, uidelicet usque yperpera c pro quolibet eorum, ut propterea non remaneat tantum bonum. Uerum nostra intentio est quod prouisiones predicte non dentur nisi res ista sortiatur effectum ita quod predicti uadant ad loca nostra predicta omnes uel in bona quantitate ut est dictum, et quod illi x uel xv quos elliget ipse ser Zanachi fuerint causa indutionis eorum quod uadant ad ipsa loca in bona quantitate ut dictum est. Item habeat libertatem dictus ser Zanachi non obstante eo quod dictum est supra, dispensandi dictam quantitatem pecunie in dando plus et minus cuilibet ex dictis x uel xv secundum condiciones suas non transeundo dictam summam ullo modo, ita quod subtus supra non ueniant ascendere ultra ipsa yperpera quinquaginta pro quolibet ad rationem anni.

Item quia est omnino prouidendum de modo conducendi et conduci fatiendi predictos de insula Thenedi cum familijs suis in Candidam si deliberabunt illuc ire quod super omnia nobis placeret, scribatur ser Zanachi Mudazo de quo plene confidendum est quia semper fuit et est optime dispositus ad honorem nostri dominij quod procuret et operetur toto posse suo quod predicti de insula Tenedi

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

cum suis familijs se disponant ire in Candidam per modum predictum cum omnibus illis bonis uerbis que sibi uidebuntur pro honore et fama nostri dominij. Et in casu quo obtineat nostram intentionem et uideat quod predicti uelint ire omnes uel in bona quantitate cum familijs suis, tunc uolumus et mandamus quod in bona gratia fatiat illos leuari et conduci cum galea nostra grossa usque in Candidam in quam maiori quantitate poterit. Et pro alijs qui restarent et non possent leuari super ipsa galea grossa quod debeat naulizare omnia nauigia in illa quantitate que erit necessaria ad conducendum ipsos in Candidam. Et quod fatiat ipse ser Zanachi Mudazo solui nabulum in Candida per nostrum commune dando omnem operam ad reperiendum et reperiri fatiendum ipsa nauigia nomine nostri communis ita quod adimpleatur intentio nostra ut superius dictum est. Et ordinetur etiam in bona gratia quod in casu quo ser Zanachi Mudazo deliberet quod galea nostra grossa uadat in Candidam quod cum ipsa ire debeat ipse ser Zanachi Mudazo in Candidam quia est de condicionibus omnium de insula Tenedi plenissime informatus. Et debeat ipse ser Zanachi esse de collegio duche consiliariorum et capitanei Crete ad dandum eis de locis nostri communis insule Crete et ad omnia alia necessaria fieri occasione predicta sicut superius per ordinem dictum est.

Et si galea nostra grossa cum illis de Tenedo ibit in Candidam, ut dictum est, ordinetur ex nunc quod quando alie galee nostre erunt expedite de partibus illis ut dictum est et erunt rediture quod super galea ser Henrici Dandulo supracomiti nostri debeant ascendere nostri balistarij et alij homines uostri qui erant in Tenedo pro ueniendo Venetias.

Si uero non uideretur ser Zanachi Mudatio quod galea grossa nec ipse deberent ire in Candida cum ordine predicto quia non esset necessarium quia illi de Thenedo illuc ire nollent uel ire uellent in sic modica quantitate quod non esset mittenda dicta galea grossa ullo modo uel pro alia causa que posset occurrere quam nos ignoramus. Tunc in hoc casu ser Henricus Dandulo supracomitus noster cum zurma galee sue debeat ascendere super galea nostra grossa predicta. Et super illa leuentur balistarij nostri et alij nostri homines qui erant in Tenedo pro ueniendo Venecias. Et super galea subtili ser Henrici Dandulo ascendere debeat ser Jacobus Uicemano cum zurma sua et uadat in Candidam ad disarmandum pro bono nostri communis mittendo Nigropontem galeam Nigropontis. Et in dicto casu dicte due nostre galee subtiles debeant conducere, uidelicet galea Candide in Candidam et galea Nigropontis in Nigroponte, illos modicos de insula Tenedi qui leuari et conduci uollent ad dicta loca informante in hoc casu ser Zanachi Mudazo per litteras suas regimen Crete et baiulum et consiliarios Nigro-

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

pontis de condicionibus illorum qui ibunt ad dicta loca ut possint de eis prouidere secundum condiciones eorum, sicut superius dictum est.

Insuper ordinetur in casu quo galea nostra predicta grossa non uadat in Candidam set ueniat Venecias ut dictum est quod debeat leuare in Nigroponte et in partibus Mothoni et Choroni illas setas et alias mercationes que sunt in dictis locis pro bono mercatorum et nostri communis soluendo nabula que soluta fuerunt galeis ser Caroli Zeno capitanei nostri generalis maris et non caricando dictam galeam ultra debitum ullo modo, incipiendo in Mothono a mercationibus subtilibus.

Item ordinatum est quod dicta galea grossa si ueniet Venecias sicut debet leuare mercationes in Nigroponte et in Mothono, ita leuare debeat in Clarentia et Corphu et etiam in Durachio si uia ducet ipsum ad partes Durachij soluendo nabulum nostro commune sicut solutum fuit galeis predictis ser Karoli Zeno et hoc intelligatur si galea grossa leuare poterit et non aliter ullo modo.

Item scribatur et committatur ser Zanachi Mudazo predicto quod de armis et munitionibus ac rebus nostri communis que sunt in Tenedo teneat modum de recuperando et habendo eas cum integritate et quod fatiat poni et caricari super galeis nostris pro bono nostri communis. Uerum si gentes domini comitis Sabaudie uellent de ipsis munitionibus et rebus nostri communis det eis pro sua pecunia in spatio quatuor mensium pro quibus receperunt pagas suas. Et ultra terminum quatuor mensium si uolent de ipsis munitionibus et rebus nostri communis debeat eis dare scontando id quod eis dabit in nostra medietate pagarum suarum.

Item informetur ser Zanachi Mudazo quod capitaneus et gentes domini Comitis Sabaudie inceperunt liurare soldum de XXI mensis Octobris proxime elapsi et receperunt pagam de mensibus quatuor ad rationem de ducatis VII centum L auri pro nostra medietate. Et propterea uolumus quod si deinde dicte gentes starent ultra dictum tempus quod debeat eis facere pagam deinde de tempore quo starent de pluri pro nostra medietate et pro ista causa et pro facto galearum nostrarum et pro nostris que erant in castro Tenedi mittatur pecunia ad manus ser Zanachi Mudazo usque ad summam ducatorum V mille quos denarios debeat ipse ser Zanachi Mudazo dispensare ut sibi uidebitur inter nostras galeas et nostros qui erant deputati ad custodiam Tenedi. Et predictas gentes domini Comitis Sabaudie si stabunt ultra dictum terminum cum illo bono ordine qui uidebitur ser Zanachi Mudazo predicto.

Item scribatur ser Zanachi Mudazo predicto quod in casu uictualie deficerent deinde gentibus domini Comitis Sabaudie infra tempus quatuor mensium, pro quibus receperunt pagas suas debeat eis subuenire de uictualibus pro sua

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

pecunia. Si uero uictualie eis defficerent post tempus quatuor mensium pro quibus receperunt pagas debeat eis subuenire pro nostra medietate de pecunia nostri communis, pro subueniendo eis de uictualibus sicut ei uidebitur, scontando in suis pagis dictam pecuniam ut justum est dando eis auxilium et fauorem quantum poterit ad recuperandum ipsas uictualias.

Item committatur ser Zanachi Mudazo predicto quod debeat ante recessum nobilis uiri ser Panthaleoni Barbo ambaxatoris et baiuli nostri Constantinopolis conferre cum eo de facto naulizandi et fatiendi naulizare in partibus Constantinopolis et alijs locis deinde nauigia necessaria pro facto conducendi fidelissimos nostros de Tenedo cum familijs suis ad loca nostra predicta, ita quod toto posse suo pro deffectu nauigiorum non deficiat intentio nostra predicta, sicut de eis plene speramus.

In casu uero quo factum ruinationis Tenedi iret in longum, super quo est omnino prouidendum ad habundantem cautellam scribatur ser Zanachi Mudazo et nostris supracomitis deinde quod non obstante termino duorum mensium predictorum, confidentes de suis personis que sunt presentes factis; relinquimus in libertate eorum uel maioris partis secundum casus qui possent occurrere, quos nos penitus ignoramus redeundi Venecias, sicut et quando eis uidebitur et mittendi galeas nostras ad loca sua, ut superius per ordinem dictum est.

Item quod scribatur et mandetur efficacissime ser Zanachi Mudazo quod faciat fieri cridam et cridas deinde super galeis nostris et aliter ut sibi uidebitur et quando debebit ruinari et prosterni locus et insula Tenedi. Nullus audeat derobare nec damnificare illos de Tenedo uel habitatores dicti loci modo aliquo uel ingenio nec in aliqua forma sub penis grauissimis. Et quod regulet taliter omnes gentes nostras quod aliquod damnum uel derobatio non fiat ullo modo sicut plene speramus de sua persona ymo teneat modum quod bona sua omnia saluentur et custodiantur tamquam bona propria nostri communis. Ceterum uolentes prouidere de capitaneo et regimine galearum nostrarum deinde et executione negotiorum predictorum fecimus fieri probam de infrascriptis quatuor in nostro consilio rogatorum et addicionis uidelicet quis debeat esse primus ad fatiendum capitaneriam galearum nostrarum et alia supradicta et quis secundus et sic per ordinem. Et facta proba remansit primus ser Zanachi Mudazo qui debet esse capitaneus galearum nostrarum predictarum et facere et exequi ea que superius per ordinem dicta sunt. Et in casu quo ipse ser Zanachi pro aliqua causa exercere non posset; nobilis uir ser Antonuis de Arduino qui remansit secundus ipsam debeat exercere et exequi ut est dictum. Et si ser Antonius de Arduino pro aliqua causa non posset; debere exercere et facere ser Henricus

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

Dandulo qui remansit tertius. Et si ser Henricus Dandulo non posset debet postea exercere et facere nobilis uir ser Jacobus Uicemano, qui remansit quartus.

Capta. Uolebant partem infrascriptam loco secundi capituli et aliorum ab eo dependentium presentis commissionis quod ponunt alij sapientes, de quorum parte fuerunt et illa fuit capta.

Quod pro executione gentium que leuari debent de insula Tenedi in casu quo contententur uenire ad loca nostra per modum dictum superius. Committatur ser Zanachi Mudazo quod habeat libertatem possendi tenere omnes galeas et partes ipsarum ut sibi uidebitur, donec dicte gentes uel illa pars que recedere uoluerit fuerit leuata. Et etiam si sibi uideretur pro anticipando tempus ad leuandum partem ipsarum gentium super galea grossa et ipsas conducere ad insulam Nigropontis et facere ipsam galeam redire Tenedon pro alijs gentibus restantibus totiens quotiens opus fuerit faciat ut sibi uidebitur. Non possendo in hoc per aliquem modum stare cum galeis nostris in partibus Tenedi tantum quod reperiant se ibi cum galeis Januensium, uerum facta omni experientia possibili si gentes Tenedi non attendent uenire ad loca nostra predicta tunc dominus ser Zanachi debeat recedere de Tenedo cum omnibus galeis et gentibus nostris mittendo galeam Nigropontis ad disarmandum. Et galeam Vicemanam cambiato fusto cum ser Henrico Dandulo debeat mittere ad disarmandum ad Caneam et galea grossa ser Henrici Dandulo ueniat Venecias per riperiam leuando mercationes per modum predictum. 14 non o—non sinceri 15.

Data in nostro ducali palatio die XIIII mensis Nouembris indicione quinta. Millesimo trecentesimo LXXXI.

5

Ἐπαναφέρεται ὁ ἐξαγωγικὸς δασμὸς τῶν οἴνων Μονεμβασίας, Ρωμανίας καὶ Κρήτης ὡς πρότερον. 1381, Δεκεμβρίου 3.

F° 35' Millesimo trecentesimo LXXXI, die III Decembris. 1

Capta. Quod Romania, Monauasia et uinum Crete reducantur ad datia solita ad exitum, uidelicet quod de qualibet amphora soluatur sicut primo soluebatur.

Et si consilium etc. 4

6

Περιῆλθον εἰς γνῶσιν τῆς κυριαρχίας οἱ νεωτερισμοὶ καὶ αἱ πιέσεις τοῦ καπετάνου τῆς πόλεως Χανίων. Ἐφιστᾶται ἡ προσοχὴ τοῦ ρέκτορος, ὅπως μὴ ἐπιτρέπῃ τοιαύτας καταχρήσεις ἐκλέγων πρόσωπα κατάλληλα πρὸς φρούρησιν τῆς πόλεως ἐπὶ μισθῷ, ὅστις θὰ εἰσπράττηται διὰ συνεισφορᾶς τῶν κατοίκων εἴτε κατὰ κεφαλὴν εἴτε καθ' ἑστίαν. 1382, Ἰανουαρίου 16.

F° 47' Millesimo trecentesimo LXXXI, die XVI Januarij. 1

Capta. Cum ad noticiam dominationis peruenerit de multis nouitatibus et

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

extorsionibus quas fatiebat capitaneus burgi Canee et necessarium sit pro obuiando dictis nouitatibus, que sequi possent imposterum tenere modum quod similia non fiant contra honorem dominationis et in maximum damnum pauperum personarum habitantium in dicto burgo; uadit pars quod scribatur et mandetur rectori nostro Canee et successoribus suis quod debeant deputare ad custodiam dicti burgi de hominibus ipsius tot quot eis uidebuntur necessarij pro bona custodia burgi predicti, accipiendo illos ad istud stipendium quod sibi uidebitur conueniens tenendo modum quod stipendium quod debebit dare custodibus deputandis ad hoc exigatur per collectam ab habitantibus in burgo predicto et ab omnibus alijs personis que tenerentur ad custodiam burgi predicti ponendo ipsam collectam per testam, uel per quemlibet ignem, uel per quemlibet alium modum qui rectoribus nostris uidebitur sicut melius et utilius apparebit eis pro obseruatione istius bone et optime intentionis nostre. Omnes alij de non 4— non sinseri 2.

7

Περὶ ἐξοπλισμοῦ κατέργων καὶ ἐκλογῆς καπετάνου καὶ σοπρακομίτων. 1382, Μαρτίου 1.

F° 55r Millesimo trecentesimo LXXXII, die primo Marcij.

Capta. Quod illa galea que debebat armari in Candida pro culfo armetur hic in Venecijs, ita quod armentur in Venecijs quatuor galee et cras in bona gratia fiat capitaneus Culfi in maiori consilio sicut captum est. Et facta ellectione de capitaneo et supra comitis, ponatur banchum quam cicius esse poterit ad beneplacitum collegij uel maioris partis.

8

Περὶ συλλήψεως τοῦ Ἰακωβούτζιου Βιτσεμάνου καὶ ἀποστολῆς αὐτοῦ εἰς Βενετίαν ὑπὸ συνοδείαν. 1382, Ἰουλίου 9.

F° 95to Millesimo trecentesimo LXXXII, die nono Julij.

Capta. Quod auctoritate istius consilij scribatur regimini Crete et omnibus illis rectoribus, quibus expediens uidebitur quod statim recepto mandato nostre dominationis debeant caute et solicite facere detineri sine ulla dilatione nobilem uirum ser Jacobutium Uicemano et per primam nauem uel per primum nauigium securum, quod ueniet uersus Venetias, debeant dictum ser Jacobutium mittere sub bona custodia Venetias, in fortiam nostram. Et ex nunc sit captum quod dictus ser Jacobutius retineatur et examinetur per aduocatores communis et cum eo quod habebitur, uenietur huc et stet sicut uidebitur ut est dictum. 45—de non 13—non sinceri 15.

9

Οἱ ἔχοντες λαμβάνειν ἡμεραργίας κατέργων καθυστερησάντων ἐν Βενετίᾳ παρενοχλοῦσι τὸν δοῦκα

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

καὶ συμβούλους Κρήτης, πολλοὶ ἐκ τούτων εἶναι ὀφειλέται τοῦ δημοσίου ἐκ προστίμων, καὶ ἄλλων χρεῶν ζητοῦσι δὲ νὰ συμψηφισθῶσι τὰ χρέη των μετὰ τῶν ἡμεραργιῶν. Γίνεται δεκτόν. 1382, Αὐγούστου 18.

Fo 107r Millesimo trecentesimo LXXXII, die XVIII Augusti. 1

Capta. Cum ducha et consiliarij Crete scribant quod illi qui debent recipere refusuras galearum retentas in Venecijs continue infestant eos pro dictis refusuris, et quod multi eorum dare debent in Camera communis Crete aliquas pecunie quantitates pro condemnationibus, fallis et pro alijs debitis, que debita possent computari in huiusmodi refusuris; uadit pars quod rescribatur et mandetur duche et consiliarijs Crete, quod placet nobis modus predictus. Et ideo debeant dicta debita in refusuris predictis compensare siue computare sicut scribunt. 5 8

10

Περὶ ἀντικαταστάσεως τοῦ καπετάνου Κρήτης Ἀντωνίου Βενιέρη ἐκλεγέντος Δόγη. Ἀνατίθενται προσωρινῶς εἰς τὸν δοῦκα καὶ συμβούλους Κρήτης τὰ καθήκοντα ταῦτα. 1382, Ὀκτωβρίου 23.

Fo 118r Millesimo trecentesimo LXXXII, die XXIII Octobris. 1

Capta. Quia expedit prouideri de capitaneria Crete loco serenissimi et excellentissimi domini Anthonij Uenerio electi ducis nostri; uadit pars pro modo quod scribatur duche et consiliarijs Crete quod debeant exercere capitaneria donec aliud fuerit ordinatum uel prouisum per nos. 5

11

Ὁ Γαληνότανος Δόγης εὑρισκόμενος ἐν Κρήτῃ, ἐπανερχόμενος δὲ εἰς Βενετίαν μεθ' ὅλων τῶν κατέργων καὶ πλοίων θὰ ἐκτελῇ χρέη καπετάνου, ἐκτελῶν πληρωμὰς καὶ διαχειριζόμενος τὴν δικαιοσύνην μετὰ πάσης ἐλευθερίας, ὡς ἐὰν ἦτο γενικὸς καπετάνος, πάντες δὲ ὀφείλουσιν ὑποταγὴν εἰς τὰς διαταγάς του. 1382, Ὀκτωβρίου 27.

Fo 118r Millesimo trecentesimo LXXXII, die XXVII Octobris. 1

Capta. Quod serenissimus dominus dux electus, qui est in partibus Crete in suo reditu Venetias cum omnibus galeis et nauigijs cum quibus se reperiet, debeat facere capitaneriam et rationem et justiciam cum plenissima libertate sicut esset unus capitaneus generalis et quod omnes esse debeant ad suam obedientiam et mandatum. 5

12

Περὶ εἰσπράξεως ὀφειλομένων ἐν Κρήτῃ ἐκ φόρου ἐμπορίου, ὑπολοίπων πωλήσεως τιμαρίων κτλ. 1382, Ὀκτωβρίου 27.

Fo 118r Millesimo trecentesimo LXXXII, die XXVII Octobris. 1

Capta. Cum maxima quantitas pecunie restet ad exigendum in partibus Crete a multis et diuersis personis tam pro comerclis quam pro alijs debitis com-

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

munis, cauallarijs et seruentarijs uenditis per nostrum commune sicut clare et manifeste habetur, que pecunia non fuit exacta nec exigitur cum notabili damno nostri communis; uadit pars quod auctoritate huius consilij scribatur duche et consiliarijs Crete, quod multum miramus et grauamur, quod dicta pecunia non fuerit exacta pro bono nostri communis tantum grauati. Et propterea uolumus et mandamus quod recepto presenti mandato debeant esse super omnia soliciti studiosi et attenti ad exigendum et exigi faciendum cum integritate ab illis qui tenentur quomodocumque nostro communi, ponendo circa hoc spiritus et mentes suas ita quod adimpleatur istud mandatum et intentio nostra cum plenissima libertate intromittendi et uendendi bona mobilia et immobilia et carcerandi et omnia illa remedia adhibendi, sicut eis uidebitur, pro adimplendo celeriter mandatum nostrum predictum. Et quod si unquam fuerunt solliciti ad rem aliquam sint modo ad istud factum ita quod possint apud nos perpetuo commendari. Et quia per regimen Crete electi fuerunt tres nostri nobiles deinde ad exigendum predicta cum expensis sine fructu, et sicut sentitur illa electio uel deputatio non fuit nec est utilis nec fructuosa nostro communi ullo modo et melius fiet per nostros camerarios deinde habendo utilitatem suam solitam, ordinetur quod reuocentur illi tres nobiles deputati per regimen Crete et committatur camerarijs Crete quod exigant uiuaciter et faciant suum officium cum sua utilitate solita, exigendo ab omnibus cum integritate ita quod possint merito commendari.

Et similiter scribatur camerarijs Crete et omnibus rectoribus insule Crete.

13

Ἐκ τῶν τριῶν ταμιῶν Κρήτης, εἷς τούτων μόνος εἰσπράττει, φυλάσσει τὰ χρήματα καὶ κρατεῖ τὰ βιβλία. Τὰ βιβλία ὅμως ἀμελοῦνται, ἕνεκα τούτου τοῦ λοιποῦ πᾶσα εἴσπραξις θέλει ἐνεργεῖσθαι παρόντων τῶν τριῶν ταμιῶν ἢ τοὐλάχιστον τῶν δύο μεθ' ἑνὸς τῶν γραφέων τοῦ ὀφφικίου. Αἱ εἰσπράξεις θὰ ἐγγράφωνται ὑπὸ τῶν ταμιῶν εἰς τρία βιβλία ὅμοια, εἰς ἕτερον δὲ ὑπὸ τοῦ γραφέως Τὰ οὕτω εἰσπραττόμενα χρήματα τίθενται ἐντὸς χρηματοκιβωτίου, φέροντος τρία διάφορα κλεῖθρα, τὰς κλεῖδας τῶν ὁποίων φυλάσσει ἀνὰ μίαν ἕκαστος τῶν ταμιῶν. Καθ' ἑκάστην ἑβδομάδα τὰ οὕτω εἰσπραττόμενα χρήματα παραδίδονται εἰς τὸν δοῦκα καὶ τοὺς συμβούλους Κρήτης, οἵτινες φυλάσσουσι ταῦτα εἰς χρηματοκιβώτιον μετὰ τεσσάρων κλειδῶν, μίαν τῶν ὁποίων κρατεῖ ὁ δοὺξ καὶ τὰς ἄλλας τρεῖς οἱ ταμίαι Κρήτης. Εἰς τοὺς παραβάτας ἐπιβάλλονται ποιναί. 1382, Ὀκτωβρίου 27.

F◁118▷ Millesimo trecentesimo LXXXII, die XXVII Octobris.

Capta. Cum in partibus Candide sunt tres camerarij, quorum quilibet, sicut sentitur, habet officium distinctum et exigit solus pecunia et conseruat eam, et scribit solus in uno quaterno, quod est tantum pessime factum quantum plus esse potest, super quo est omnino pro uidendum pro bono nostri communis; uadit pars quod ordinetur quod camerarij Crete de cetero non possint modo aliquo uel

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

ingenio exigere aliquam pecuniam cuiuscumque conditionis existat uigore sui officij nisi presentibus ipsis tribus camerarijs uel duobus ex eis ad minus cum uno ex scribis dicti officij. Et teneantur ipsi camerarij scribere in tribus quaternis in concordio, scilicet in uno pro quolibet, et unus ex scribis in uno alio quaterno in concordio cum eis omnem pecuniam, quam exigent omni modo et omnia deposita et omnia alia uigore sui officij. Et predictam pecuniam, deposita et omnia alia, ut est dictum, teneantur ponere et conseruare in una capsa, que habet tres claues diuersas, quarum una habeat et teneat quilibet ex camerarijs predictis, ita quod nullus ex eis modo aliquo, ingenio seu forma solus accipiat, exigat nec conseruet pecuniam dicti officij nisi cum ordine predicto. Et teneantur dicti camerarij omnino omni hebdomada portare totam pecuniam, quam exigent quomodocumque duche et consiliarijs Crete et monstrare ac dessignare eis ordinate omnes rationes suas de qualibet hebdomada, ita quod commune nostrum conseruetur in iuribus suis. Pecunia uero, quam ipsi camerarij Crete dessignabunt duche et consiliarijs Crete, ut dictum est supra, poni debeat in una capsa in camera nostri duche Crete, que capsa habeat quatuor claues diuersas, quarum unam habeat et tencat ducha Crete et alias tres habeant camerarij Crete, scilicet unam pro quolibet. Et si aliquis camerarius Crete contrafaciet ullo modo predictis uel alicui predictorum exigendo solus aliquam pecuniam dicti officij uel accipiendo uel conseruando penes se contra id quod dictum est, cadat ad penas illorum qui malo modo ponunt manus in pecunia nostri communis, secundum ordines nostros sine aliqua remissione.

14

Περὶ ἐκμισθώσεως τῶν δασμῶν Κρήτης ὑπὸ τῶν ρεκτόρων διὰ πλειοδοτικῆς δημοπρασίας, τοῦ μισθώματος καταβαλλομένου ἀνὰ τρίμηνον. 1382, Ὀκτωβρίου 27.

F°119r Millesimo trecentesimo LXXXII, die XXVII Octobris.

Capta. Quod pro bono et comodo nostri communis incantentur de cetero omnia dacia insule Crete per rectores locorum et deliberentur plus offerentibus. Et fiant solutiones ipsorum daciorum de tribus in tres menses et incantentur de anno in annum accipiendo exinde bonam plezariam et sic scribatur nostris rectoribus insule.

15

Εὐκολίαι παρεχόμεναι εἰς τοὺς ἐμπόρους. 1382, Νοεμβρίου 12.

F°119to Millesimo trecentesimo LXXXII, die XII Nouembris.

Capta. Quia solitum est subuenire mercatoribus conuersantibus in partibus Crete quod eorum grane quas conduci faciebant Venetias cum nauigijs disarmatis statim eis assignabantur sub certa conditione et talis subuentio facta non

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

fuerit anno presenti solum propter obliuionem; uadit pars quod iuxta solitum grane dictorum mercatorum statim eisdem debeant assignari ut possint de ipsis facere facta sua.

16

Τῇ γνωματεύσει τοῦ Ριτζιάρδου De Malombris καὶ Zaniboni de Franganeschis, σοφῶν μεγάλου κύρους, ἀπεκατεστάθησαν πολιτικῶς οἱ Καλλέργαι ἤτοι τὰ τέκνα τοῦ Λέοντος, καθὼς καὶ ἄλλοι Ἕλληνες ἐξόριστοι ἐπαναστάται Κρήτης. Μετὰ τούτους ἀποκατεστάθησαν ὁ Γεώργιος Ραγουζαῖος καὶ ὁ Τζανάκης Κουερίνης. Ἡ ἐνέργεια αὕτη ἀπεδείχθη σκόπιμος καὶ ἀποτελεσματική.

Ὡς γνωστὸν εἰς τὰς φυλακὰς Βενετίας ἦτο ἐγκάθειρκτος ὁ Λέων Καλλέργης καταδικασθεὶς εἰς ἰσόβια δεσμά. Δραπετεύσας ἐκ τῶν φυλακῶν μετέβη εἰς Βιτσέντσαν καὶ ἀλλαχοῦ. Ἤδη αἰτεῖται νὰ τῷ δοθῇ χάρις, τὴν ὁποίαν ἡ κυριαρχία συναινεῖ νὰ δώσῃ, ὑπὸ τὸν ὅρον νὰ μὴ δύναται νὰ ἐπανέλθῃ εἰς Κρήτην, ἀλλ' οὔτε νὰ ἀπομακρυνθῇ ἐκ Βενετίας καὶ Μέστρε πλέον τῶν ἑκατὸν μιλίων περιφερείας ἢ νὰ ταξιδεύσῃ διὰ θαλάσσης εἰς ἀπόστασιν μεγαλυτέραν τῶν εἴκοσι πέντε μιλίων ἄνευ ἀδείας. Ἐν περιπτώσει παραβάσεως ἀκυροῦται ἡ δοθεῖσα χάρις καὶ ἐπανέρχεται ἡ ποινὴ τῶν ἰσοβίων δεσμῶν. Ἕνεκα δὲ τῆς μεγάλης πενίας του παραχωρεῖται αὐτῷ σύνταξις μηνιαία λιτρῶν εἴκοσι τεσσάρων μικρῶν. 1382, Νοεμβρίου 12.

F° 121ᵗᵒ Millesimo trecentesimo LXXXII, die XXI Nouembris.

Capta. Cum alias captum fuerit in consilio Rogatorum et addicionis pro manifesto bono et utilitate agendorum nostrorum et cognitum in maxima unitate secundum consilium dominorum Rizardi de Malombris et Zaniboni de Fraganeschis sapientum tante auctoritatis quod reducere tunc illos de Kalergis, silicet filios quondam Leonis Kalergi et de alijs grecis extrinsecis et rebellibus insule Crete et subsequenter Georgium Raguseo et postea Zanachi Quirino ad gratiam nostram, erat res utilis et fructuosa statui et bono nostro et secundum deum et honorem nostri dominij et quod stricture et ligamina facta de non possendo facere gratiam de processibus factis, non haberent locum nec obstarent quando posset poni et prouideri sicut uideretur consilio rogatorum et addicionis. Et sicut notum est in carceribus nostris in Venecijs, erat Leo Kalergi in maxima paupertate, qui nuper auffugit de ipsis carceribus et se reduxit ad partes Uincentie et alias fuit sententiatus per nobiles uiros Johannem Dandulo militem et Paulum Lauredano tunc prouisores Crete non existente cum eis in oppinione ser Petro Mauroceno tertio prouisore ad finiendum uitam suam in carceribus nostris infelioribus. Et petit misericordiam et gratiam nostri dominij cum dispositione fatiendi in totum, sicut placet nostro dominio; uadit pars in bona gratia seruando modum solitum pro omni bono respectu ubi uideatur consiliarijs, capitibus de XL, sapientibus consilij et aduocatoribus communis seu tribus partibus dicti collegij, et postea tribus partibus istius consilij istum casum esse similem seu trahi posse ad similitudinem aliorum casuum predictorum quod dictum consilium

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

debeat obseruari et secundum ipsum fieri et procedi debeat in reducendo ipsum Leonem ad gratiam nostri dominij, nec possit imputari alicui seu reprehendi ullo tempore aliquis obseruans illud consilium sub eadem pena arguenti quam uellet impingere ei, quem arguere uellet, quia certum est, quod illud quod fiet in tanta unitate non poterit esse nisi benefactum. De non o—non sinceri 1.

Capta. Quod exnunc sit captum et determinatum quod iste casus istius Leonis Kalergi sit similis et trahatur ad similitudinem aliorum casuum predictorum, et quod possit procedi et fieri in hoc sicut factum fuit in alijs et quod partes strictures et ligamina non habeant locum non obstent, quando possit poni prouideri et fieri sicut uidebitur isti consilio.

Capta. Quod iste Leo Kalergi reducatur ad gratiam nostram et absoluatur a sententia lata contra eum per prouisores Crete et ab omni talea lata contra eum cum condicione quod nunquam possit ire ad insulam Crete sub penis stricturis et ligaminibus alias captis per nostra consilia. Insuper non possit recedere de Venecijs uel Mestre uel per centum miliaria circum circa dicta loca per terram sine licentia nostri dominij, nec etiam possit exire per mare ad aliquam partem longe a Venecijs per XXV miliaria sine licentia nostri dominij. Et si contrafecerit predictis uel alicui predictorum incurrat ad omnes processus, penas, stricturas et ligamina alias capta, ut erat primo. Et ut habeat causam benefaciendi prouideatur de persona sua, uidelicet quod sit prouisionatus noster in Mestre cum soldo librarum XXIIII paruorum in mense et sit in loco unius ex prouisionatis nostris de Mestre pro non grauando de nouo commune nostrum de expensis superfluis.

Fo 122r Die dicto.

Consiliarij ser Guillelmus Quirino, ser Marcus Marcello, ser Johannes Storlato ser Candianus Barbaro ser Donatus Mengolo capita Quadraginta; uolunt partem ut supra cum hac modificatione, quod iste Leo habeat libras XXXII paruorum in mense standо in Venecijs, sicut requirit, presentando se omni die Mercurij nostris aduocatoribus communis.

Quod habeat standо in Venecijs si uolet libras XXXII paruorum in mense et si uollet potius stare in Mestre habeat ducatos XII in mense tenendo unum equum et unum famulum ad suas expensas, presentando se omni die Mercurij aduocatoribus communis.

De parte 9—non sinceri 1—de non 2.

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

ΣΗΜΕΙΩΣΕΙΣ ΚΑΙ ΣΧΟΛΙΑ

Οἱ αὔξοντες ἀριθμοὶ τῶν σημειώσεων ἀντιστοιχοῦσι πρὸς τὸν αὔξοντα ἀριθμὸν τῶν θεσπισμάτων.

Σημείωσις. Τὰ θεσπίσματα τὰ ἔχοντα ἐπουσιώδη σημασίαν ἢ ἀφορῶντα εἰς διορισμούς, παρατίθενται ἐν Ἑλληνικῇ περιλήψει.

1. Καὶ ἕτερος κλάδος Καλλέργη ἀπολαμβάνει τοῦ προνομίου τῆς Βενετικῆς Εὐγενείας. (Ὅρα Μνημεῖα Ἑλληνικῆς Ἱστορίας, τόμος Ι τεῦχος Β΄. Ἀποφάσεις Μείζονος Συμβουλίου. Σελ. 163. Liber Leona ἀριθ. 16.).

4. Ἡ κατάληψις τῆς Τενέδου ὑπὸ τῶν Βενετῶν εἶναι ἱστορικὸν γεγονὸς σημαντικόν, διότι ὑπῆρξεν ἀφορμὴ πολέμου μεταξὺ Βενετίας καὶ Γενούης. Κατὰ τὸν πόλεμον τοῦτον συνεμάχησαν μετὰ τῶν Γενουαίων πλεῖστοι ἄλλοι. Ὁ πόλεμος οὗτος ὑπῆρξεν καταστρεπτικὸς διὰ τοὺς Βενετοὺς διότι οἱ Γενουαῖοι ἔφθασαν διὰ θαλάσσης μέχρι τῶν νήσων τοῦ Βενετικοῦ τενάγους, κατέληξε δὲ διὰ τῆς συνθήκης εἰρήνης ἀπὸ 8 Αὐγούστου 1382 συνομολογηθείσης μεταξὺ Γενούης, Καρράρας Οὐγγαρίας Βενετίας, Παδούης καὶ πατριάρχου Ἀκουϊλέγιας. Διαιτητὴς ὑπῆρζεν ὁ Ἀμεδαῖος Δ΄ κόμης Σαβαυδίας.

Διὰ τοῦ 4ου ἄρθρου ἡ Βενετία παραιτεῖται τῆς νήσου Τενέδου, ἥτις παραδίδεται ὑπὸ μεσεγγύησιν εἰς τὸν κόμιτα Σαβαυδίας, οὐδετεροποιουμένη, ἤτοι κατεδαφιζομένων τοῦ φρουρίου καὶ τῶν ὀχυρώσεων. Ἡ δαπάνη τῆς συντηρήσεως τοῦ στρατοῦ ἐβάρυνε ἐξ ἡμισείας Γενουαίους καὶ Βενετούς. Καπετάνος τῆς Τενέδου ἦτο τότε ὁ Τζανάκης Μουδάτσος, ὅστις δὲν ἠθέλησε νὰ συμμορφωθῇ εἰς τὴν διαταγὴν τῆς παραδόσεως τῆς νήσου. Εἰς τοῦτο συνετέλεσαν οἱ κάτοικοι, οἵτινες ἐφοβήθησαν μὴ γίνωσιν ὑποτελεῖς τῶν Γενουαίων καὶ ὡρκίσθησαν νὰ μὴ παραδώσωσι τὴν νῆσόν των. Ὅταν δὲ παρουσιάσθησαν οἱ ἀντιπρόσωποι τοῦ κόμιτος Σαβαυδίας Ἀλμορὸς Λομβάρδος καὶ βαρῶνος Σαβαυδίας ὅπως παραλάβωσιν αὐτήν, ἀντέταξεν ἄρνησιν. Οἱ ἀντιπρόσωποι τότε ἀνεχώρησαν ἄπρακτοι καὶ μεταβάντες εἰς Βενετίαν διεμαρτυρήθησαν. Εἰς μάτην ὁ Κάρολος Τζένος ρέκτωρ Εὐβοίας ἐδοκίμασε νὰ πείσῃ τὸν Μουδάτσον νὰ συμμορφωθῇ εἰς τὰς διαταγὰς τῆς κυριαρχίας. Ἀλλ' οὗτος ἀπήντα ὅτι εἶχεν ἀναγνωρισθῇ ὑπὸ τῶν κατοίκων αὐθέντης τῆς νήσου.

Οἱ Γενουαῖοι ἐν τοσούτῳ πληροφορηθέντες τὰ συμβάντα ἤρχισαν τὰς ἐχθροπραξίας κατὰ τῶν Φλωρεντίνων, διότι οὗτοι εἶχον ἐγγυηθῇ τὴν ἐκτέλεσιν τῶν ὅρων τῆς συνθήκης εἰρήνης, διεμαρτυρήθησαν δὲ καὶ πρὸς τὸν κόμιτα Σαβαυδίας Ἀμεδαῖον. Συγχρόνως ἀπεστάλησαν πρέσβεις εἰς Βενετίαν, ὅπως διαμαρτυρηθῶσι, διότι ἡ μὴ παράδοσις ἠδύνατο νὰ γίνῃ ἀφορμὴ νέων περιπλοκῶν. Ἀλλὰ καὶ ἡ Βενετία διεμαρτύρετο, μὴ οὖσα ὑπαίτιος τῆς καταστάσεως καὶ ἐλυπεῖτο, διότι αἱ διαταγαί της δὲν εἰσηκούοντο, ἦτο δὲ πρόθυμος νὰ ἐνεργήσῃ πᾶν τὸ δυνατὸν πρὸς ἱκανοποίησιν τῶν διαμαρτυρομένων.

Ἡ κατάστασις αὕτη διετηρήθη μέχρι τοῦ Μαΐου τοῦ 1382, ὁπότε ἐφηρμόσθησαν μέτρα πιεστικὰ κατὰ τοῦ Μουδάτσου. Ἐπεκηρύχθη οὗτος ἀντὶ 10,000 δουκάτων ἐὰν ἤθελε φονευθῇ, ἀντὶ 15,000 δὲ ἐὰν ἤθελε συλληφθῇ ζῶν. Ἐπειδὴ δὲ ἡ ἐπικήρυξις ἀπέμενεν ἄνευ ἀποτελέσματος τὸ ποσὸν τῆς ἐπικηρύξεως ηὐξήθη κατὰ 5,000 δουκάτων.

Τέλος ὁ Μουδάτσος βλέπων ὅτι δὲν ἠδύνατο νὰ διαφύγῃ παρεδόθη. Ἀλλ' ἡ Βενετία δὲν ἠθέλησε νὰ δικάσῃ αὐτόν, διότι ἐκ πατριωτισμοῦ παρακινούμενος δὲν συνεμορφώθη πρὸς τὴν διαταγὴν τῆς παραδόσεως τῆς νήσου καὶ ἠμνήστευσεν αὐτόν. Αὕτη ἐν ὀλίγοις ἡ ἱστορία τῆς παραδόσεως τῆς Τενέδου, τὸ θέσπισμα ὅμως παρέχει ἐνδιαφερούσας πληροφορίας διὰ τὸν πληθυσμὸν καὶ τὴν μεταφορὰν αὐτοῦ εἰς Κρήτην.

10. 11. Ὁ Ἀντώνιος Βενιέρης, ὅτε ἐξελέγη δόγης Βενετίας, ἦτο καπετάνος Κρήτης. Ὅταν ἀνε-

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

χώρει διὰ Βενετίαν, ἀπεστάλη στόλος, ὅπως συνοδεύσῃ αὐτὸν τιμητικῶς. Διὰ νὰ δύναται ὅμως, ἂν καὶ ἡγεμών, νὰ ἄρχῃ τοῦ στόλου, ὤφειλε νὰ λάβῃ πρὸς τοῦτο ἐντολὴν ὑπὸ τῆς Γερουσίας.

15. Grana ὡς ἀλλαχοῦ εἴδομεν, ἦτο εἶδος βαφῆς.

16. Ἡ γνωμάτευσις τῶν νομομαθῶν ὑπῆρξε πράγματι εὔστοχος. Αὕτη προέβλεπε περὶ χάριτος τῶν ποινῶν τῶν ἐπαναστατῶν. Ὁ Καλλέργης ὅμως εὑρισκόμενος εἰς τὰς φυλακὰς ἐκτίων ποινὴν ἰσοβίων δεσμῶν, ἐδραπέτευσεν. Ἐν τούτοις ἠξιώθη χάριτος μετὰ περιορισμῶν καὶ συντάξεως, διότι εὑρίσκετο εἰς μεγάλην πενίαν. Ἡ Βενετία διὰ τοῦ μέτρου τούτου ἠθέλησε νὰ κολακεύσῃ τοὺς Κρῆτας. Δυνατὸν ὅμως νὰ ἠμνήστευσεν αὐτὸν μετὰ περιορισμῶν, ἐκ φόβου μὴ δραπετεύσῃ ἐξ Ἰταλίας καὶ κατερχόμενος εἰς Κρήτην ἐπαναστατήσῃ τοὺς κατοίκους.

ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ
ΑΡΧΕΙΟΥ Ι. Ε. ΔΙΚΑΙΟΥ

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

LIBER XXXVIII.

1382–1384

1

Fo 14to Ὁ ἀμμιράλιος Χάνδακος Ἰωάννης Λόγγος διεχειρίσθη καλῶς τὴν θέσιν του. Ἤδη ἐγήρασε καὶ μὴ δυνάμενος νὰ ἐργασθῇ ἀποσύρεται. Ἕνεκα τούτου διατάσσεται ὅπως, ὅσοι ἐπιθυμοῦσι τὴν θέσιν ταύτην νὰ ὑποβάλωσιν αἰτήσεις, ὅπως ἐκλεγῶσιν ὑπὸ τοῦ Μείζονος Συμβουλίου. Ὁ μέλλων νὰ ἐπιτύχῃ θὰ ἔχῃ τὰ δῶρα καὶ τὴν κατοικίαν, οὐχὶ δὲ μισθόν, ὅστις εἶναι ὑπέρπυρα 80 ἐτησίως καὶ θὰ λαμβάνεται ὑπὸ τοῦ Λόγγου μέχρι θανάτου του, ὁπότε ὁ μισθὸς θὰ μείνῃ ὑπὲρ τῆς κοινότητος. Τοῦ λοιποῦ πᾶς ἐκλεγόμενος ἀμμιράλιος θὰ ἔχῃ μόνον τὰ δῶρα καὶ τὴν κατοικίαν.

1383, Μαρτίου 27.

2

Ἐκλογὴ τριῶν σοφῶν πρὸς μελέτην τῶν Κρητικῶν ὑποθέσεων. 1383, Ἀπριλίου 14.

Ἐξελέγησαν: Σὲρ Δανιὴλ Βραγαδῖνος; Σὲρ Νικόλαος Σίνος; Σὲρ Γουλιέλμος Κουερίνης.

Fo 20to Millesimo trecentesimo LXXXIII, die XIIII Aprilis.

Capta. Cum insula nostra Crete sit uita salus et substentatio status nostri et sicut notum est in dicta insula est multum necessarium prouideri super multis pro honore nostri dominij, bono et augmento dicte insule et fortificatione status nostri; uadit pars quod super factis insule Crete et omnibus dependentibus et connexis dictis factis, elligantur tres sapientes sufficientes per duas manus ellectionum in isto consilio et unam per dominum consiliarios et capita, qui sapientes possint accipi de omni loco et offitio et judicatu peticionum non accipiendo ultra unum pro offitio et non possint reffutare sub pena librarum centum pro quolibet. Et quilibet eorum in factis predictis possit ponere partem, sicut eis et cuilibet eorum uidebitur pro honore nostri dominij et bono dicte insule ac fortificatione status nostri. Et habeant terminum usque per totum mensem Junij proximi possendo uenire ad consilium rogatorum et additionis quandocunque eis uidebitur

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

et uocetur omni uice consilium ad suam petitionem sub pena librarum trium et legatur consilium et aduocatores exigant penas habendo partem ut de alijs sui officij.

Omnes alij. — De non 21. — Non sinceri 13.

Electi sapientes Crete Ser Daniel Bragadino
Ser Nicolaus Geno
Ser Guilielmus Querino.

3

Ἐπὶ τῷ θανάτῳ τοῦ αὐθεντὸς δουκὸς Αἰγαίου Πελάγους ἡ Γερουσία τῆς Βενετίας θεσπίζει τὰ ἑξῆς:

1ον Ὁ βάϊλος Εὐβοίας νὰ φροντίσῃ περὶ τῆς διατηρήσεως τῶν κτήσεων τοῦ δουκὸς ἐν Εὐβοίᾳ.

2ον Ἐπίσης καὶ τῶν ἄλλων κτήσεων αὐτοῦ, ὅπως κατέχωνται ὑπὸ ἐμπίστων τῆς Βενετίας.

3ον Ἡ διοίκησις Κρήτης ὀφείλει νὰ παρέχῃ βοήθειαν, συμβουλὴν καὶ χρήματα εἰς τὴν διοίκησιν Εὐβοίας πρὸς τὸν ἀνωτέρω σκοπόν.

4ον Ἡ διοίκησις Κρήτης δικαιοῦται νὰ ἐπέμβῃ πρὸς ἐκτέλεσιν τῶν ἀνωτέρω.

5ον Ἡ δέσποινα Μαρία ἀδελφὴ τοῦ αὐθεντὸς δουκὸς Αἰγαίου Πελάγους νὰ μεταφερθῇ εἰς Εὔβοιαν ἢ Κρήτην.

6ον Νὰ γραφῶσι γράμματα ἐκ μέρους τῆς Βενετίας πρὸς τὴν δέσποιναν Μαρίαν, καὶ τὸν αὐθέντην Νικόλαον Σανοῦδον καὶ τοὺς ἄλλους κατὰ τὴν κρίσιν τοῦ κολλεγίου.

Ἡ διεκπεραίωσις τοῦ ζητήματος ὀφείλει νὰ ἐνεργηθῇ ὡς τάχιστα, ἀποστελλομένου μικροῦ κατέργου.

1383, Ἀπριλίου 19.

Fo 22to Millesimo trecentesimo LXXXIII, die decimonono mensis Aprilis.

Capta. Quod occasione mortis egregij domini duche Egeopelagi fiant prouisiones infrascripte uidelicet.

1. Quod scribatur baiulo et capitaneo ac consiliarijs Nigropontis quod cum bono et dextro modo debeant tenere modum et procurare quod castrum de Loreo positum in insula Nigropontis et alia loca et fortilicie spectantes dicto quondam domino duche in dicta insula Nigropontis sint in manibus personarum confidentium, ita quod sint ad obedientiam nostri dominij pro conseruacione illorum ad quos spectant, uel spectare possent.

2. Similiter mandetur dicto regimini Nigropontis quod teneant modum quod omnia alia loca et insule dicti quondam domini duche Egeopelagi sint in manibus confidentium personarum, ita quod sint ad omnem obedientiam nostri dominij pro conseruatione illorum ad quos spectant uel spectare possent ut est dictum possendo pro hoc expendere ut fuerit opportunum pro adimplendo istam nostram intentionem.

3. Et scribatur duche et consiliarijs Crete quod si fuerint requisiti a regimine Nigropontis pro factis predictis debeant eis ad omnem suam requisitionem,

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

dare auxilium, consilium, suubentionem et fauorem, ita quod possint adimplere nostram intentionem predictam, possendo pro hoc expendere, ut fuerit opportunum.

4. Et pro habundanti cautela interim uel in isto medio tempore, si ducha et consiliarij Crete uiderent fore utile et bonum propter aliquod dubium, quod posset occurrere de prouidendo presto super factis predictis, habeant ipsi ducha et consiliarij libertatem incipiendi et prouidendi in predictis, ita et taliter quod obtineamus intentionem nostram predictam cum predicta libertate expendendi ut superius dictum est.

5. Item ordinetur quod egregia domina Maria olim soror domini duche Egeopelagi predicti reducatur in Nigroponte uel in Candida, sicut uidebitur regimini Nigropontis pro meliori agendorum.

6. Item scribatur regimini Nigropontis et Candide quod teneant modum quod domina Maria predicta non maritetur sine licentia nostri dominij scribentibus nobis regimine Nigropontis et regimine Crete quicquid fecerint et quicquid sequetur in factis predictis pro nostra informatione.

7. Et pro bono agendorum predictorum possint scribi littere placibiles ex parte nostri dominij domine Marie predicte et domino Nicole Sanuto et alijs quibus uidebitur, in illa forma et cum illo ordine, qui uidebitur collegio, uel maiori parti, mittendo istas litteras ad manus rectorum nostrorum cum illo ordine, qui uidebitur pro meliori agendorum. De parte 82.

Quod istud factum tantum ponderosum inducietur pro modo et usque paucos dies erimus hic et fiet sicut uidebitur; etiam expectatur unus galedelus, qui subito erit cum nouis et tunc poterit clarius et melius deliberari. De parte 3. — De non 0. — Non sinceri 2.

4

Συνιστᾶται εἰς τὸν βάϊλον καὶ καπετάνον Εὐβοίας, καθὼς καὶ εἰς τὸν δοῦκα καὶ συμβούλους Κρήτης νὰ συνδράμωσι τὴν δέσποιναν Μαρίαν καὶ τὸν πατέρα αὐτῆς. Ἐπίσης νὰ προτείνωσι περὶ τῶν νήσων καὶ τῶν ἐν Εὐβοίᾳ κτήσεων τῶν ἀνηκουσῶν εἰς τὸν δοῦκα Αἰγαίου Πελάγους, ὅπως κατέχωνται ὑπὸ ἐμπίστου τῆς Βενετικῆς πολιτείας. 1383, Ἀπριλίου 19.

Fo 23r Millesimo trecentesimo LXXXIII, die XVIIII Aprilis.

Quod pro omni bono respectu scribatur baiulo et capitaneo Nigropontis, quod si domina Maria est ad presens in libertate patris, debeat in bona gratia sic manere. Et baiulus et capitaneus Nigropontis et ducha et consiliarij Crete subueniant dictis patri et filie sicut expediet pro honore nostro scribendo patri et dicte domine Marie hortando eos cum uerbis beniuolentie sicut uidebitur collegio. Si uero non esset in libertate patris ducha et consiliarij Crete et baiulus et capitaneus Nigropontis subuenire debeant dicto patri et domine, sicut erit

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

expediens pro honore et bono nostro. De rebus autem et locis, que spectabant dicto duche in insula Nigropontis et de insulis Egeopelagi prouideatur per baiulum et capitaneum Nigropontis et per ducham et consiliarios Crete ut sint in manibus personarum bene confidentium, ut conseruentur pro honore et bono nostro. De parte 15.

5

Λαβοῦσα ὑπ' ὄψει ἡ Γερουσία τὰς ἐπιστολὰς τοῦ αὐθεντὸς Φραγκούλη Κρίσπου καὶ ὁλοκλήρου τῆς κοινότητος τῶν νήσων καὶ τῶν κτήσεων τοῦ Αἰγαίου, καθὼς καὶ τὰς ἐπιστολὰς τοῦ δουκὸς καὶ τῶν συμβούλων Κρήτης μετὰ τῶν ἀπαντήσεων πρὸς τὸν Κρίσπον καὶ τὰς ἄλλας κοινότητας τῶν νήσων.

Ἀποφασίζονται τὰ ἑξῆς:

Τὸ φρούριον τῶν Ὡρεῶν ἐπὶ τῆς Εὐβοίας καὶ ἄλλα μέρη τῆς νήσου ἀνήκοντα εἰς τὸν δοῦκα Αἰγαίου Πελάγους νὰ πειθαρχήσωσιν καὶ νὰ φρουρῶνται ὅπως μὴ ἀπολέσωσι ταῦτα οἱ ἔχοντες δικαιώματα. Ἐπειδὴ δὲ ὁ Κρίσπος, ὡς γράφει ἔχει τὰς καλυτέρας διαθέσεις πρὸς τὴν κυριαρχίαν, νὰ διαταχθῶσιν ὁ βάϊλος καὶ οἱ σύμβουλοι Εὐβοίας, ὅπως δοθῶσιν εἰς αὐτὸν τρόφιμα καὶ ἄλλα ἀναγκαῖα, ὡς ἤθελε ζητήσῃ ἐπὶ πληρωμῇ. Συγχρόνως νὰ τηρῶσιν ἐνήμερον τὴν κυριαρχίαν περὶ τῆς καταστάσεως τῶν νήσων. 1383, Ἀπριλίου 26.

Fo 23to Millesimo trecentesimo LXXXIII, die XXVI Aprilis. 1

Capta. Intellectis litteris nobis missis per dominum Franguli Crispo et per totam uniuersitatem insularum et locorum Egeopelagi, nec non intellectis literis duche et consiliariorum Crete cum responsionibus per regimen Crete factis ad litteras domini Franguli predicti et totius uniuersitatis dictorum locorum et insularum; uadit pars quod fiant prouisiones infrascripte, uidelicet quod de presenti scribatur et mandetur baiulo et capitaneo Nigropontis et consiliarijs eius quod omnino debeant tenere modum et procurare quod castrum de Loreo positum in insula Nigropontis et alia loca et fortilicie spectantes quondam domino duche predicto in dicta insula Nigropontis sint in manibus obediencia et custodia nostri dominij pro conseruatione illorum ad quos spectant uel spectare possent et istud fiat quam cicius et celerius esse potest.

Et quia dictus dominus Franguli per ea que scribit uidetur bene dispositus ad honorem nostri dominij scribatur et mandetur baiulo, capitaneo et consiliarijs Nigropontis quod ad suam requisitionem debeat ei subuenire de uictualibus et alijs opportunis pro suis denarijs pro conseruatione illorum locorum ad honorem nostri dominij habendo semper respectum ad securitatem et conseruacionem terrarum et locorum nostrorum eis commissorum scribendo nobis continuo de tempore in tempus de condicionibus illarum insularum et locorum et de portamento et operibus dicti domini Franguli, ita quod de hoc semper ueram et bonam informationem habeamus.

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

6

Ἐλήφθησαν αἱ ἐπιστολαὶ τοῦ δουκὸς καὶ τῶν συμβούλων Κρήτης καθὼς καὶ ἀντίγραφον τῶν πρὸς αὐτοὺς ἐπιστολῶν τοῦ Φραγκούλη Κρίσπου, τῶν στρατιωτικῶν, τῶν κληρικῶν καὶ ἐν γένει τῶν κοινοτήτων τῶν νήσων καὶ τῶν κτήσεων Εὐβοίας. Εἰς πάντας τούτους ἀπηντήσαμεν, ἐκφράζοντες τὴν εὐαρέσκειαν ἡμῶν, ὅτι ὀφείλουσι νὰ συνδράμωσι τὸν Φραγκούλην Κρίσπον δίδοντες εἰς αὐτὸν τρόφιμα ἐπὶ πληρωμῇ. Διατάσσονται δὲ ὁ δοὺξ καὶ οἱ σύμβουλοι νὰ γράφωσιν ἀπὸ καιροῦ εἰς καιρὸν περὶ τῆς προόδου τῶν διαπραγματεύσεων, συμπεριφορᾶς καὶ τῶν ἔργων τοῦ Φραγκούλη. 1383, Ἀπριλίου 26.

F° 24r Millesimo trecentesimo LXXXIII, die XXVI Aprilis.

Capta. Duche uero et consiliarijs Crete scribatur quod recepimus literas suas cum copia literarum inclusarum eis missarum per dominum Franguli Crispo et alios milites, clerum, seculares personas et totam uniuersitatem illarum insularum et locorum et uidimus etiam responsionem quam ei fecerunt, que responsio ualde nobis placet. Et propterea scribimus et mandamus eis quod debeant eidem domino Franguli Crispo subuenire pro sua pecunia de uictualibus et alijs opportunis secundum oblationem eis factam per ipsum regimen Crete ut ipsa loca conseruentur ad nostrum honorem, scribendo nobis continue de tempore in tempus qualiter procedent illa negotia et de portamento et operibus dicti domini Franguli pro nostra informatione ut de baiulo et capitaneo Nigropontis superius dictum est.

Et quia pridie misse fuerunt alie littere nostre in alia forma regimini Crete et Nigropontis sicut captum fuit in hoc consilio scribatur eis ad cautelam quod non obstantibus illis literis nostris pridie eis missis debeant facere obseruare et adimplere ea que superius dicta sunt et continentur modo in hoc mandato nostro nouo.

7

Περὶ ἀποστολῆς Συνδίκων κατὰ τετραετίαν εἰς Κρήτην, μετὰ πληρεξουσιότητος ἐν λευκῷ.

Καθήκοντα Προνοητῶν Συνδίκων.

Νὰ ἀνακρίνωσιν ἐπὶ τῶν γενομένων κατὰ τὸ παρελθὸν καταχρήσεων ἐν Κρήτῃ καὶ Ρωμανίᾳ, διὰ παντὸς ὑπ' αὐτῶν κρινομένου ἀπολεσματικοῦ μέσου, μαρτύρων, καταγγελιῶν κτλ. Ὑποδεικνύεται ὁ τρόπος τῆς ἐπεμβάσεως αὐτῶν πρς ἀνακάλυψιν καταχρήσεων.

Ἀμοιβὴ Προνοητῶν Συνδίκων.

Δὲν δύνανται νὰ παραιτηθῶσι.

Δὲν ἐκλέγονται Προνοηταὶ Σύνδικοι συγγενεῖς τῶν διοικούντων εἰς τὰ μέρη, εἰς τὰ ὁποῖα πρόκειται νὰ γίνῃ διαχειριστικὸς ἔλεγχος.

Ἡ δικαιοδοσία τῶν Προνοητῶν Συνδίκων πρὸς καταδίωξιν καταγγελλομένων, ἀλλ' ἀπόντων, παρατείνεται ἐπὶ ἑξάμηνον μετὰ τὴν ἐπιστροφὴν αὐτῶν εἰς Βενετίαν. 1383, Μαΐου 15.

F° 30r Millesimo trecentesimo LXXXIII, die XV Maij.

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

Cum in 1369 die quarto Martij captum fuerit in Maiori consilio* quod mittantur singulis quatuor annis ad partes Crete et remanere tres prouisores sindicos pro ortamine, conseruatione et bono subditorum nostrorum et locorum in partibus illis, quod fuit utilissimum et optime factum quantum plus esse potuit. Et propterea insistendum est et dandum operam efficacem quod dicti prouisores et sindici fiant solemniores et sufficientiores fieri possunt. Consulunt sapientes Crete quod in bona gratia pro nunc fieri debeant tres prouisores et sindici ad dictas partes in consilio rogatorum et zonte per scrutinium cum illa commissione et libertate ad plenum, sicut alias captum fuit in maiori consilio cum additionibus et modificationibus infrascriptis, uidelicet. Quia diuulgatur per multos quod in insula Crete et alijs partibus Romanie predictis facta fuit et fit mala administratio bonorum et pecunie nostri communis habere debeant dicti prouisores et sindici nostri libertatem plenariam iuquirendi, examinandi, et diligenter inuestigandi tam per uiam inquisitionis, quam per testificationes, querelas et scripturas contra omnes, qui uiderentur sibi suspectos, male administrasse bona et pecuniam nostri communis a tempore citra, quo ultimi prouisores nostri et sindici ad illas partes accesserunt et omnes tales, quos culpabiles repererint, debeant condemnare et compellere ad restituendum totum illud quod cognouerint illos indebite administrasse et male accepisse, per illum modum et cum illa libertate plenaria, quam habent et seruant officiales rationum ueterum in Venetijs contra male administrantes bona, et hauere communis, ita quod in hoc casu ipsi prouisores sint officiales rationum, habentibus dictis prouisoribus et sindicis de toto eo quod exegerint quintum. Et mandetur ac scribatur regiminibus Crete. Et si facient dicti prouisores aliquam inquisitionem contra aliquem, qui esset extra illum locum, ubi illam fecerint, habeant libertatem postquam applicuerint Venetias faciendi suum officium per modum supradictum contra illum, contra quem inquisiuerint usque sex menses tunc proximos, ita quod teneantur et debeant se expediuisse per totum illud tempus.

Quia Sapientes Crete non habent libertatem prouidendi super factis et partibus Coroni et Motoni ac insule Nigropontis; uadit pars quod prouisiones de mittendo tres prouisores et sindicos in Cretam et ad alias partes Romanie, que lecte sunt in isto consilio rogatorum debeant habere locum ad loca et partes Romanie predictas, et aliorum locorum predictorum Romanie, quod dare debeant auxilium et fauorem prouisoribus et sindicis antedictis quotiens ab eis requisiuerint pro dicta executione contra quoslibet facienda condemnatos per eos, quam executionem si complere non poterint ante discessum suum de partibus in quibus fuerint,

* Ὅρα ἀπόφασιν ἀριθ. 15 Liber Novella Μείζονος Συμβουλίου. «Μνημεῖα τῆς Ἑλληνικῆς Ἱστορίας», Τόμος Α΄, Τεῦχος ΙΙ, σελ. 145.

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

committere debeant illam exequendam rectoribus locorum ubi illam complere non ualuerint, quibus rectoribus scribatur efficaciter et mandetur, quod ipsam executionem facere teneantur, et debeant cum effectu, sicut sibi commisserint nostri sindici et prouisores prefati. Uerum si supradicti condemnati per prouisores et sindicos prelibatos de predictis condemnationibus conqueri uoluerint, habeant libertatem recurrendi ad ducale dominium, uel ad alia loca, ad que recurrere possunt illi qui uolunt conqueri de officialibus rationum et prosequi ius suum contra ipsos prouisores et sindicos. Et si fuerint conuincti dicti prouisores et sindici male condemnasse et exegisse, restituere debeant totum quod habuissent uel exegissent et medietatem plus pro pena.

Item habere debeant dicti prouisores et sindici de salario pro primis tribus mensibus ducatos ducentos pro quolibet et abinde in antea ducatos quinquaginta pro quolibet in mense, possendo expendere inter omnes cum notario et tota sua familia ducatos quatuor in die et non ultra ullo modo, non computatis nabulis nauigiorum et agozijs equorum et tenendo duos famulos pro quolibet, unum notarium cum uno famulo et unum coquum.

Et non possint refutare sub pena librarum centum pro quolibet et debeant recedere pro eundo ad dictas partes cum nauigijs recessuris de mense Junij proximo aut per totum dictum mensem Junij.

Et non possint eligi de dictis prouisoribus aliqui principales patres, fratres uel filij illorum, qui fuissent uel essent in regiminibus dicte insule Crete et aliorum locorum predictorum Romanie a tempore citra, quo ultimi prouisores et sindici ad dictas accesserunt.

8

Ἀνατίθεται ὑπὸ τῆς Γερουσίας εἰς ἐπιτροπὴν ἀποτελουμένην ἐκ τοῦ Δόγη, τῶν συμβούλων, τῶν προέδρων τῶν 40 καὶ τῶν μεγάλων σοφῶν, ἡ ἔγκρισις τῆς ἀποστολῆς τῶν ἀναγκαιούντων διὰ τὸν ναύσταθμον Χάνδακος. 1383, Μαΐου 15.

F° 30r Millesimo trecentesimo LXXXIII, die XV Maij.

Capta. Cum per ducham et consiliarios Crete sit scriptum dominio et scribatur cotidie per plures manus litterarum suarum, requirendo multa necessaria pro arsenatu Candide pro reparatione moli noui et ueteris, pro cauatione portus, pro suo armamento, pro uno mangano ad manganandum sindones, et pro alijs opportunis deinde, super quibus requiritur uelox expeditio. Consulunt sapientes predicti pro non fatigando consilium circa hoc, quod relinquatur in arbitrio domini, consiliariorum, capitum de quadraginta et omnium sapientum, uel maioris partis examinandi requisitiones predictas factas et faciendas de cetero per dictum regimen Crete super dictis casibus et mittendi sibi illa que dicto

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

collegio uel maiori parti uidebuntur, per illum modum, qui fuerit expediens.

9

Πολλὰ κτήματα ἐν Χανίοις, Ρεθύμνῳ καὶ Σητείᾳ καὶ ταῖς περιοχαῖς αὐτῶν, περιελθόντα εἰς τὴν κυριότητα τοῦ δημοσίου, ὡς δημευθέντα κατὰ τὴν ἐπανάστασιν, καταστρέφονται καὶ ἰδιοποιοῦνται παραμένοντα εἰς ἣν κατάστασιν εὑρίσκονται. Πρὸς τοῦτο νὰ γραφῇ εἰς τὴν διοίκησιν Κρήτης καὶ τοὺς ἄλλους ρέκτορας τῆς νήσου, ὅπως τὰ κτήματα ταῦτα πλειστηριασθῶσι κατὰ τεμάχιον κατακυρωθῶσι δὲ εἰς τὸν πλειοδότην δεδομένης δεκαετοῦς προθεσμίας διὰ τὴν καταβολὴν τοῦ τιμήματος κατὰ δόσεις. Εἰς τὰ κτήματα ταῦτα δὲν συμπεριλαμβάνονται τὰ τιμάρια, τὰ ὁποῖα ἐκπλειστηριάζονται ἐν Βενετίᾳ. 1383, Μαΐου 15.

F° 30r Millesimo trecentesimo LXXXIII, die XV Maij. 1

Capta. Cum sint multa loca, territoria et possessiones in Candida, Canea, Rethimi et Sythia, et eorum districtibus, que tendunt ad malum et in dispersionem, et que propter rebellionem uenerunt in nostrum commune, et stando sicut stant, iura nostri communis multum perduntur et diminuuntur, propter quod necessarium est super hoc prouidere. Consulunt sapientes Crete quod scribatur et mandetur regimini Crete et alijs rectoribus insule quod omnia territoria, loca et possessiones, que propter rebellionem uel ab inde citra, uenerunt in nostrum commune, poni facere debeant ad incantum ad partem deliberando ipsa plus offerentibus et statuendo terminum illis, qui illa acceperint, soluendi illud, quod fuerint incantata usque decem annos uel ad minus quam melius facere poterunt, ita quod singulis annis soluant decimum uel secundum quod fuerint incantata, non intelligendo in hoc cauallarias uel seruentarias, que debeant incantari in Venetijs, sicut alias captum fuit per nostra consilia, committendo dictis rectoribus quod si que de dictis seruentarijs uel cauallarijs affictandis sunt ad presens in eorum regiminibus, uel erunt imposterum, illas debeant dominio denotare et qualitates ipsarum; nec etiam intelligendo in hoc loca et territoria antiqua nostri communis ante rebellionem, que debeant incantari ad illud tempus per ipsos rectores quod magis uidebitur sibi utile pro nostro communi, ponendo mentem diligenter, quod talis cautela adhibeatur in affictatione predicta, quod iura nostri communis non possint fraudari, sed semper remaneant salua et illesa. Uerum si essent aliqua de predictis locis et territorijs suspecta uel dubia, remaneat in libertate et discretione ipsorum rectorum illa affictandi uel non affictandi, prout uiderint esse bonum pro securitate et conseruatione ipsorum locorum et terrenorum.

10

Οἱ ταμίαι Κρήτης παρεπονέθησαν, ὅτι παρεμποδίζονται ὑπὸ τῆς διοικήσεως εἰς τὴν εἴσπραξιν τῶν ὀφειλομένων πρὸς τὴν κοινότητα. Πρὸς τοῦτο, συμφώνως τῇ γνώμῃ τῶν σοφῶν, διατάσσονται

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

οἱ ταμίαι νὰ εἰσπράττωσι τὰ ὀφειλόμενα πλειστηριάζοντες τὰ κτήματα, ὁ δὲ δοὺξ καὶ οἱ σύμβουλοι Κρήτης νὰ μὴ ἐμποδίζωσι χαριστικῶς τὴν εἴσπραξιν. 1383, Μαΐου 15.

Fo 30to Millesimo trecentesimo LXXXIII, die XV Maij.

Capta. Quia sicut dominio scripserunt camerarij Crete per regimen Crete prohibetur et non permitentur eis exequi mandatum alias sibi factum per dominium super facto exactionis debitorum nostro communi; et bonum sit ut intentio dominij adimpleatur taliter ipsum regimen super hoc declarare, quod non habeant materiam contendendi ad inuicem uel dubitandi super inde; consulunt sapientes predicti quod scribatur efficaciter et mandetur regimina predicta Crete quod nostra intentio fuit et est quod permittere debeat et permittant omni occasione remota dictos camerarios nostros mandatum nostrum sicut alias sibi scriptum fuit super exactione pecunie et debitorum nostro communi effectualiter et integraliter obseruare, sicut iacet cum totali libertate in ipso mandato contenta, non impediendo eos ullo modo, quod mandatum iterum dicto regimini debeat replicari, committendo dictis camerarijs quod sint solliciti et attenti circa exactionem pecunie et debitorum nostro communi cum libertate totali in ipso mandato inserta sine diminutione aliqua. Uerum si aliqua immobilia bona essent intromissa uel de cetero intromitterentur, debeant ipsi camerarij requirere ipsos ducham et consiliarios Crete, quod illa bona facere debeant incantari et ad incantum poni et uendi, ita quod expediantur usque duos menses tunc proximos, quod si factum fuerit, bene quidem, sint autem teneantur et debeant camerarij predicti illa bona poni facere ad incantum et uendi, ut dictum est. Et quia uidetur fuisse solitum seruari per ducham et consiliarios predictos de suspendendo exactionem pecunie nostri communis secundum formam suarum commissionum, scribatnr et mandetur eisdem duche et consiliarijs efficaciter, quod dictam suspensionem de cetero facere non possint nec debeant ullo modo nisi in casu rationabilis et manifeste sue necessitatis, quam tunc facere possint usque ad unum mensem ad longius tantum et non ultra.

11

Πολλὰ σκεύη εἰς τὰς ἀποθήκας τῶν ὅπλων Χάνδακος καταστρέφονται, πρὸς τοῦτο διατάσσεται ἡ διοίκησις, ὅπως, ὅσα ἐκ τούτων εἶναι ἄχρηστα πωληθῶσιν εἰς δημόσιον πλειστηριασμόν. 1383, Μαΐου 15.

Fo 30to Millesimo trecentesimo LXXXIII, die XV Maij.

Capta. Cum sicut fertur, multe arnesie et res sunt in camera armamenti Candide que uadunt ad malum et desolationem, quia in commissionibus duche et consiliariorum Candide continetur, quod illas arnesias et res debeant saluare

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

et conseruare; consulunt sapientes quod scribatur et mandetur regimini Crete quod illas res et arnesia in dicta camera existentia, que sibi uidebuntur non esse utiles, et necessarie pro dicta camera, facere poni debeat ad incantum publicum et uendi ut de ipsis commune nostrum habeat utilitatem aliquam et non damnum, et sic de cetero debeant obseruare.

12

Ἐπειδὴ ὁ δοὺξ καὶ οἱ σύμβουλοι, ὅταν χηρεύῃ ὀφφίκιον ἢ καστελλανία, ἀντὶ νὰ ἐκλέγωσι τὸν διάδοχον, ρίπτουσι τοὺς κύβους, παρεχομένου τοῦ δικαιώματος τῆς ἐκλογῆς τοῦ διορισθησομένου εἰς τὸν κερδίζοντα, ἀποφασίζεται ὅπως τοῦ λοιποῦ προκειμένου νὰ δοθῇ ὀφφίκιον ἢ καστελλανία, ὁ δοὺξ καὶ οἱ σύμβουλοι ὀφείλουσι νὰ ὑποδεικνύωσι ἕκαστος ἀνὰ ἕνα καὶ μετὰ ταῦτα νὰ προσκαλῶσι τὸν καπετάνον καὶ τοὺς ταμίας Κρήτης, ἵνα πάντες ἀπὸ κοινοῦ ἐκλέξωσιν ἕνα ἐκ τῶν προτεινομένων. 1383, Μαΐου 15.

Fo 30to Millesimo trecentesimo LXXXIII, die XV Maij.

Insuper quia dicitur quod ducha et consiliarij Crete quando uacat aliquod officium uel castellania, prohiciunt texeras inter se et cui ex eis aduenit texera signata, solus dat officium illud, uel castellaniam, tunc uacans, cui sibi uidetur; consulunt sapientes predicti pro omni respectu boni, quod de cetero in dandis ipsis officijs et castellanijs talis modus et ordo debeat obseruari, quod ducha et consiliarij quando casus uocaturus occurrerat, quilibet eorum per se debeant eligere unum bonum et sufficientem uirum et postea conuocare capitaneum et camerarios crete et illos ellectos ballotare ad unum inter se et qui habuerit plures ballotas, transeundo medietatem dicti collegij sit firmus in dicto officio uel castellania, ad quam fuerit ellectus. Et si non transiuerit medietatem, debeant ipsi ducha et consiliarij iterum electionem facere de alijs tribus, non eligendo prius electos ullo modo, qui postea probentur in dicto collegio per modum supradictum, et totiens seruetur dicta electio donec unus remanserit, quia per istum modum intentio dominij adimplebitur et boni et sufficientes constituentur in officijs et castellanijs predictis. Et predicta ponantur in commissionibus duche et consiliariorum Crete predictorum. De parte 16.

Ser Daniel Bragadino tertius sapiens uult partem suprascriptam de castellanijs officialibus de nocte solum et quod ad faciendum probam de electis debeat uocari capitaneus unus ex camerarijs, unus ex judicibus proprij et unus ex judicibus petitionum Crete per texeram, qui omnes simul cum regimine Crete debeant bollotare predictos ellectos, ut superius dictum est per totum. De parte 8.

13

Διὰ νὰ τηρεῖται τάξις κατὰ τὴν ἐκλογὴν τῶν καστελλάνων, τῶν ὀφφικιούχων καὶ τῶν δικαστικῶν τῆς

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

πόλεως Χάνδακος διατάσσονται ὁ δοὺξ καὶ οἱ σύμβουλοι νὰ ἐκλέγωσιν ἕνα δι' ἕκαστον ὀφφίκιον. Οἱ οὕτω ἐκλεγόμενοι νὰ ψηφίζωνται ὑπὸ συμβουλίου ἐν Κρήτῃ, ἀποτελουμένου ἐκ τοῦ δουκὸς, τῶν συμβούλων, τοῦ καπετάνου Κρήτης, ἑνὸς τῶν δικαστῶν ἐκλεγομένου διὰ κλήρου, ἑνὸς τῶν ὀφφικούχων νυκτός, ἑνὸς τῶν ταμιῶν, ἑπτὰ ἐν ὅλῳ. Ὡς πρὸς τὰς γραμματείας καὶ τὰς Ἀβογαρίας αὗται θὰ δίδονται ὑπὸ τοῦ δουκὸς καὶ τῶν συμβούλων Κρήτης. 1383, Μαΐου 15.

Fo 30to Millesimo trecentesimo LXXXIII, die XV Maij.

Capta. Quod obseruetur bonus ordo et regula in dando castellanias insule Crete et officia et judicatus ciuitatis Candide ordinetur quod ducha et consiliarij Crete debeant eligere unum pro quolibet, sicut in parte suprascripta duorum sapientum continetur, et illi tales electi debeant probari in hoc collegio, uidelicet inter ducham, consiliarios, capitaneum Crete uocando per texeras unum ex sex judicibus, unum ex dominis de nocte, unum ex camerarijs qui sunt septem, ballotando ellectos per modum supradictum in parte sapientum predictorum. De scribanijs uero et aduocarijs non fiat mentio, sed reseruentur ad dandum duche et consiliarijs Crete pro honore regiminis, sicut hucusque seruatum fuit.

14

Fo 36to Ἐπιτρέπεται εἰς τὸν δοῦκα Κρήτης Πέτρον Μοτσενῖγον ἅμα τῇ ἀφίξει τοῦ διαδόχου του Δονάτου Τρόνου, νὰ ἐπιβῇ οἵου δήποτε κατέργου μετὰ δύο ὑπηρετῶν καὶ ἑλαφρῶν ἀποσκευῶν καὶ ἑνὸς μικροῦ ἀνεψιοῦ του, ὅπως ἐπανέλθῃ εἰς Βενετίαν. 1383, Ἰουνίου 1.

15

Περὶ ἐξοπλισμοῦ ἐπειγόντως τριῶν ἑλαφρῶν κατέργων ἐν Κρήτῃ. 1383, Ἰουνίου 4.

Fo 41to Millesimo trecentesimo LXXXIII, die quarto mensis Junij.

Capta. Quia recommendatum est et de more sapientum habundare in cautela et in prouisionibus et si umquam iuit tempus est modo propter dubia que possent occurrere; uadit pars pro anticipando tempus quod scribatur et mandetur duche et consiliarijs Crete quod recepto presenti mandato debeant quam cicius esse potest facere aptari et preparari tria corpora galearum subtilium ita quod sint bene in puncto et bene in ordine et quod quandocunque eis scribemus et mandabimus possint subito armari et exire secundum mandatum nostrum non procedendo pro modo ad ellectionem supracomitorum, donec eis scribemus nostram intentionem, set pro modo faciant pro bene aptari et preparari ipsas galeas ut superius dictum est dando eis ad intelligendum quod nos etiam in Venecijs prouidebimus sicut nobis utile et bonum uidebitur pro securitate et bono agendorum nostrorum.

16

Νὰ γίνῃ ἐνέργεια παρὰ τῷ Πάπα, ὅπως μὴ διορισθῇ Ἀρχιεπίσκοπος Κρήτης ὁ Νικόλαος ἐπίσκοπος

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

Πανόρμου, μινορίτης. Οὗτος δὲν δύναται νὰ γίνῃ δεκτὸς ὑπὸ τῆς κυριαρχίας. 1383, Ἰουνίου 11.

Fo 44r Millesimo trecentesimo LXXXIII, die undecimo Junij.

Capta. Quod possint scribi litere domino pape et cardinalibus et alijs quibus uidebitur in illa efficaci forma que uidebitur collegio uel maiori parti pro honore nostri dominij ad turbandum quod non sit archiepiscopus Cretensis quidam frater minor magister Nicola, episcopus Panormi, qui nullo modo acceptus est nostro dominio onerando istud factum quantum fieri poterit consulta per V consiliarios et capta postea in rogatis et zonta.

17

Ὁ μεταβαίνων δοὺξ Κρήτης Δονάτος Θρόνος δύναται νὰ δαπανήσῃ ὑπέρπυρα 800 πρὸς ἐπισκευὴν τοῦ παλατίου. 1383, Ἰουνίου 13.

Fo 44to Millesimo trecentesimo LXXXIII, die XIII Junij.

Capta. Quod nobilis uir ser Donatus Truno iturus ducha Crete possit expendere yperperos VIII centum pro aptando palacium quod indiget reparatione multa. Et si non reparatur expediret usque breue tempus facere maiorem expensam.

Capta. Quod terminus sapientum Crete prorogetur usque per totum mensem Julij proximi.

18

Ὁ Γιάννης Βασάλος παραπονεῖται, ὅτι ἐξαναγκάζεται νὰ κηρυχθῇ δουλοπάροικος, ἐν ᾧ καθ' ἃ ἀποδεικνύει εἶναι ἐλεύθερος. 1383, Ἰουνίου 21.

Fo 48to Millesimo trecentesimo LXXXIII, die XXI Junij.

Capta. Cum Janni Uassalo habitator Candide fidelis noster exposuerit nostro dominio quod omnes sui preteriti de cha Uassalo fuerunt liberi et franchi et boni homines maris eundo cum galeis et armatis nostris pro comitis et patronis et alijs nauigijs et eciam in guerris quas habuit nostrum dominium cum omni genere gentium et in omni parte fuerunt, nunquam se recusando. Et specialiter in alia guerra Janue pater suus existens cum armata Candide personaliter et uiriliter preliando extitit interfectus et nunquam fuerunt uillani alicuius persone. Occurrit uero quod quidam Nicola Porcho de Rethimo continue molestauit et molestat ipsum Jani faciendi eum citari coram rectore Rethimi allegans et dicens ipsum Jani esse uillanum suum contra deum et omnem justiciam quia nunquam reperietur ipsum fuisse suum uillanum sed ipse Jani uidens et cognoscens magna pericula si iret Rethimum ad jus, quia ibi predictus Nicola aduersarius suus habet magnam amiciciam et leuiter posset probare intentionem suam contra ueritatem noluit ire Rethimum ista de causa ullo modo set semper dixit et dicit quod paratus est esse coram ducha et consiliarijs Crete quia ipse Jani est habitator Candide et natus fuit ibi et quod regimen predictum cognoscat istud factum,

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

set ille Nicolas non uult tanquam persona, que ut asserit dictus Jani, nititur ipsum decipere. Et propterea supplicauerit reuerenter quod dignaremur committere istud negocium duche et consiliarijs Crete et quod ipsum Jani et aduersarium suum audiant, terminent et faciant super hoc sicut eis justum uidebitur; uadit pars quod scribatur regimini Crete quod examinare debeant supradicta exposita per supplicantem predictum et faciant prout sibi uidebitur esse justum.

19

Ἡ κατάστασις τοῦ λιμένος Ρεθύμνου εἶναι τοιαύτη, ὥστε κατὰ τὸ πλεῖστον τοῦ ἔτους τὰ διάφορα πλοῖα δὲν δύνανται νὰ ἀγκυροβολῶσιν, ἀναγκάζονται δὲ νὰ μεταβαίνωσιν εἰς Χάνδακα. Ὁ λιμὴν δύναται νὰ ἐπισκευασθῇ βυθιζομένου σκάφους πλοίου. Πρὸς τοῦτο οἱ σοφοὶ γνωματεύουσι νὰ βυθισθῇ ἓν τῶν μεγάλων κατέργων. 1383, Ἰουνίου 27.

F° 49r Millesimo trecentesimo LXXXIII, XXVII Junij.

Capta. Cum dicatur quod portus Rethimi est taliter conditionatus quod pro maiori parte anni griparie, uel alia nauigia ibi stare non possunt, sed oportet quod ad portum Candide transferantur; et sicut fertur dictus portus abiliter aptari posset apponendo ibi unum nauigium. Consulunt sapientes Crete quod mittere debeant Rethimum unum fustum galee magne, si habent illud uel aliud fustum nauigij magis aptum pro dicto portu ad expensas hominum Rethimi, quia ipsas soluere sunt contenti ut cum dicta fusta galee uel nauigij possit aptari portus predictus pro comodo nauigiorum, sicut dicti de Rethimo instantius postulauin.

In super scribatur rectori Rethimi qualiter scripsimus duche et consiliarijs Crete quod mittere debeant Rethimum unum fustum galee magne, si habent illud uel aliud fustum nauigij ad expensas communis et hominum Rethimi pro aptando portum Rethimi quod fustum poni facere debeatis ad dictum portum, sicut uobis melius et utilius uidebitur pro comodo nauigiorum et bono dicti portus; intelligendo quod omnes expensas circa hoc occurrentes facere et supportare teneatur communitas antedicta Rethimi, ita quod commune nostrum exinde nullum habeat grauamen: et sic contentatur dicta communitatis Rethimi.

20

F° 49to **Ἐπιτρέπεται εἰς τὸν εὐγενῆ Ἰωάννην Βαρβαρῆγον ρέκτορα Χανίων νὰ ἐπιβῇ ἐφ' οἱουδήποτε κατέργου ἐξωπλισμένου μετὰ τεσσάρων προσώπων καὶ ἐλαφρῶν ἀποσκευῶν, ἅμα τῇ ἀφίξει τοῦ διαδόχου του, ὅπως ἐπανέλθῃ εἰς Βενετίαν. 1383, Ἰουλίου 4.**

21

Ἀνατίθεται εἰς τοὺς περιοδεύοντας προνοητὰς καὶ συνδίκους, ὅπως ἐξετάσωσι τὰς ἀνάγκας Κρήτης,

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

Κορώνης, Μεθώνης καὶ Εὐβοίας καὶ ἀναφέρωσιν ἐν Βενετίᾳ παρουσιαζόμενοι ἐνώπιον τῆς Γερουσίας. 1383, Ἰουλίου 4.

F° 50r Millesimo trecentesimo LXXXIII, die IV Julij.

Quod pro omni respectu boni utilissimum uel utilimum est circa omnia necessaria locis nostris insule Crete, Coroni et Mothoni et insule Nigropontis prouisionem habere in quantum fieri potest. Consulunt sapientes quod committatur prouisoribus et sindicis ituris ad dictas partes, quod quando illuc applicuerint, debeant esse et conferre cum rectoribus locorum ipsorum et secum inquirere et diligenter examinare de omnibus que uiderentur esse utilia et necessaria ad prouidendum pro bono et conseruatione locorum ipsorum, et facta diligenti examinatione debeant requirere ipsos rectores quod poni faciant suas opiniones et consilium in scriptis superinde in suis litteris clausas, quas dicti sindici debeant Venetias apportare presentando illas ducali dominio, quibus prouisoribus et sindicis postea sit licitum uenire ad consilium rogatorum et zonte infra duos menses post aduentum suum Venetias et ibi consulere et ponere partem super omnibus, que sibi uidebuntur comoda et necessaria pro bono et conseruatione locorum predictorum, in quo consilio rogatorum legantur etiam opiniones et consilia rectorum predictorum, potentibus dictis Sindicis ponere ballotas, si erunt de consilio. Et consiliarij teneantur sibi dare consilium rogatorum predictum sub pena librarum decem pro quolibet denegante quotiens illud requisiuerint.

22

Προκειμένου νὰ πλειστηριασθῶσι κτήματα τοῦ δημοσίου ἐν Κρήτῃ, Κορώνῃ καὶ Μεθώνῃ ἀπαγορεύεται εἰς τοὺς καγκελλαρίους, γραφεῖς καὶ νοταρίους, νὰ ὑπερθεματίσωσι εἰς τὸν πλειστηριασμὸν ὑπὲρ ἑαυτῶν. Εἰς τοὺς παραβάτας ἐπιβάλλονται ποιναί. 1383, Ἰουλίου 12.

F° 57r Millesimo trecentesimo LXXXIII, die XII Julij.

Cum sint multa loca terrena et possessiones nostri communis que debent incantari et deliberari pro bono nostri communis in insula Crete et locis nostris Coroni et Mothoni de quibus est omnino prouidendum, ita quod commune nostrum non decipiatur nec fraudetur. Et sicut notum est, cancelarij scribe et notarij dictorum locorum et camere Crete acceperunt et continue accipiunt de ipsis locis cum notabili damno nostri communis; uadit pars quod stringatur et expresse prohibeatur quod aliquis de predictis non possit accipere nec aliquis alius pro eis uel eorum nomine non possit accipere ad incantum ullo modo de ipsis locis territorijs uel possessionibus nostri communis sub pena perdendi totum, quod acciperent uel in quo contra facerent quod sit nostri communis. Et si predicti cancelarij, notarij uel scribe dictorum locorum et officiorum habuissent uel acce-

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

pissent ipsimet, ad incantum aliquid de predictis a nostro communi sit in libertate eorum usque unum annum proximum tenendi dicta loca uel exeundi de offitijs in quibus essent et non possint habere aliquod offitium nec beneficium communis Veneciarum donec exiuerint de eis. Et committatur rectoribus nostris dictorum locorum quod teneantur inquirere de contrafacionibus et facere obseruari predicta pro bono nostri communis. Item committatur dictis rectoribus quod teneantur et debeant facere solui de presenti totum et quicquid predicti cancellarij notarij uel scribe tenentur soluere nostro communi occasione locorum terrenorum uel possessionum quas habuissent et tenuissent a nostro communi, quia non curant soluere intromittendo et uendendo de bonis illorum si non soluent ita quod commune nostrum non decipiatur ullo modo.

23

Ἐπιτρέπεται διὰ μεγάλην συγκατάβασιν εἰς τὸν σεβαστὸν πατέρα πριμικήριον Χάνδακος, υἱὸν τοῦ εὐγενοῦς Ἰωάννου Γραδενίγου ἐπιτρόπου, νὰ ἐπιβῇ ἐφ' οἱουδήποτε κατέργου συνοδευόμενος ὑφ' ἑνὸς συντρόφου, δύο ὑπηρετῶν καὶ ἑλαφρῶν ἀποσκευῶν. 1383, Αὐγούστου 25.

Fo 63to Millesimo trecentesimo LXXXIII, die XXV Augusti.

Capta. Quod concedatur uenerabili patri domino primicerio Candide, nato nobilis uiri ser Johannis Gradonico procuratoris quod pro aliquibus suis agendis et pro recreatione et consolacione patris sui, possit leuari et conduci super quibuscunque nauigijs armatis nostri communis, que sint uentura uel declinatura uersus Venecias uel uersus partes plus propinquas Venecijs ubicunque eum reperiri contingat non deuiando propterea a uia sua solum cum persona sua, uno socio duobus famulis, et leuibus arnesijs de gratia speciali. Non 5—non sinceri 5.

24

Fo 64r **Ἐπιτρέπεται εἰς τὸν Λουκᾶν Κονταρίνην μεταβαίνοντα ὡς ρέκτορα Ρεθύμνου, νὰ ἔχῃ ὡς ζητεῖ, ἓξ ἵππους ἀντὶ τῶν τεσσάρων. 1383. Σεπτεμβρίου, 1383.**

25

Αἱ κάτωθι ἀποφάσεις προὐτάθησαν ὑπὸ τοῦ εὐγενοῦς Ἰωάννου Βαρβαρήγου τέως ρέκτορος Χανίων, δυνάμει ἐξουσιοδοτήσεως δοθείσης εἰς τοὺς ἐπανερχομένους ἐκ τῆς διοικήσεώς των ρέκτορας, συμφώνως πρὸς ἀπόφασιν τοῦ Μείζονος Συμβουλίου. 1383, Δεκεμβρίου 1.

1ον **Περὶ ἐπισκευῆς τοῦ Λιμένος Χανίων διὰ δαπάνης μέχρις 600 ὑπερπύρων.**

2ον **Περὶ ἐποικισμοῦ τῶν Χανίων καὶ τῆς περιοχῆς αὐτῶν. Οἱ ξένοι οἱ ἐρχόμενοι νὰ κατοικήσωσιν εἰς τὴν περιοχὴν Χανίων καὶ διὰ τῆς καταβολῆς ὑπερπύρου ἐτησίως ἐξαγοράσαντες τὴν ἐλευθερίαν των, ἐὰν ἔλθωσι νὰ κατοικήσωσιν ἐν Χανίοις ἐντὸς τεσσάρων μηνῶν μετὰ τῶν οἰκογενειῶν των, δὲν ὑποχρεοῦνται εἰς καταβολὴν τοῦ ὑπερπύρου, οὔτε ὑπόκεινται εἰς ἄλλα βάρη. Ἐπίσης πρὸς διευκόλυνσιν αὐτῶν, θὰ εἶναι ἀπηλλαγμένοι ἐπὶ δεκαετίαν τῆς ὑποχρεώσεως τῆς φρουρή-**

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

σεως καὶ τῆς φορολογίας, ἥτις ὑφίσταται ἢ ἤθελεν ἐπιβληθῆ διὰ τὴν φρούρησιν. Ἡ ὑφισταμένη νῦν φορολογία εἶναι ὑπέρπυρον ἓν δι' ἑκάστην ἑστίαν.

3ον Οἱ ἐρχόμενοι νὰ κατοικήσωσιν ἔξωθεν τῆς νήσου, ἐν τῇ περιοχῇ Χανίων καὶ εἰς ἀπόστασιν τριῶν χιλιάδων ποδῶν ἀπὸ τῆς πόλεως, δὲν ὑποχρεοῦνται εἰς καταβολὴν ὑπερπύρου ἐτησίως, οὔτε ὑπόκεινται εἰς ἄλλα βάρη. Τὰ αὐτὰ διὰ τοὺς ἐρχομένους νὰ κατοικήσωσιν ἐκεῖθεν τοῦ σκαλώματος Κισσάμου καὶ τοῦ σκαλώματος Ἁγίας Παρασκευῆς κειμένης ἐκεῖθεν τῆς Ἀποκορώνου.

4ον Ἐπίσης παραγγέλλεται εἰς τοὺς καπετάνους Ἀδριατικῆς, νὰ ἐγκαταστήσωσιν, ὑπὸ τοὺς αὐτοὺς ὡς ἄνω ὅρους, πάντας τοὺς Μαλώτας τοὺς ὁποίους ἤθελον ἀπελευθερώσῃ ἀπὸ τῶν Τούρκων.

5ον Ἡ πόλις τῶν Χανίων ἔχει μεγάλην περιφέρειαν καὶ τείχη χαμηλά. Ἐξουσιοδοτοῦνται οἱ ρέκτορες Χανίων νὰ δύνανται νὰ ὑψώσωσι τὰ τείχη 5 ἕως 6 πόδας περισσότερον καὶ εἰς διάστημα 100 μέχρις 150 πήχεων, δαπανῶντες ἐκ τῶν ἐσόδων τῆς πόλεως.

6ον Τοῦ λοιποῦ πρὸς ἐξοικονόμησιν ὁδοιπορικῶν αἱ ἀναγραφαὶ τῶν κτημάτων θὰ γίνωνται ἐν τῇ πόλει Χανίων ὑπὸ τῶν ταμιῶν, οὐχὶ δὲ περιοδεύοντος τοῦ ρέκτορος. 1383, Δεκεμβρίου 1.

Fo 87to Millesimo trecentesimo LXXXIII, die primo Decembris. 1

Infrascripte partes posite fuerunt per nobilem uirum ser Johannem Barbadico olim rectorem Canee uigore libertatis attribute rectoribus in reditu a regiminibus suis secundum partem captam super hoc in maiori consilio.

1. Capta. Cum portus Canee sit in tali conditione et reductus ad tantam extremitatem quod ciues et habitatores terre predicte non possunt conseruare nauigia sua nisi trahendo illa in terram quod fit cum suo magno sinistro et expensis; uadit pars pro bono et comodo ciuium et habitatorum Canee et pro dando causam quod eciam alij nauigantes per partes illas disponant se ad ueniendum illuc pro utilitate et comodo illius terre, quod detur libertas rectoribus Canee uidelicet rectori presenti et tribus successoribus suis, quod quilibet eorum tempore sui regiminis possit expendere de introitibus dicte terre pro reducendo dictum postum ad talem conditionem quod nauigia quorumcunque possint conseruari in ipso usque yperpera sexcenta. Que expensa erit utilissima et bona et cum honore nostri dominij. De parte 43.—non sinceri 13.—De non 11.

2. Capta. Item cum terra Canee propter guerras et epidimias preteritas sit ualde depopulata et dishabitata et bonum et utile sit prouidere de reducendo gentes ad habitandum in dicta terra quam plures possunt pro omni bono respectu; uadit pars quod scribatur et mandetur rectori Canee quod faciat publice proclamari quod quicunque de illis qui habitant in districtu Canee extra terminos franchisie, uidelicet de illis qui sunt reddentes communis et soluunt unum yperperum in anno, uenerint ad habitandum in terram Canee cum familijs suis infra quatuor mensis post dictam proclamationem sint liberi et franchi a solutione dicti yperperi et ab alijs oneribus sicut sunt alij de burgo Canee. Et pro dando eis omnem bonam causam ueniendi ordinetur quod sint eciam absoluti per decem annos a die qua inceperint habitare a custodijs burgi et ab imposi-

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

tione que fit uel fieret occasione dictarum custodiarum, que est ad presens, de uno yperpero in anno pro quolibet igne. Intelligendo quod predicti sint absoluti ut dictum est remanendo et habitando ibi ipsos et suos heredes et discendentes et non recedendo. Et illi qui recederent perdant beneficium predictum.

Fo 88r **3.** Capta. Item pro dando causam quod gentes de nouo ueniant de extra insulam ad habitandum in districtu Canee pro appopulando dictum districtum quantum plus fieri potest, quia redundabit in magnum comodum et utilitatem communis et specialium personarum, quia territoria illarum partium melius laborabuntur et per consequens melius fructificabunt; uadit pars quod ordinetur quod sicut illi qui ueniunt de extra insulam ad habitandum in districtu Canee, stando infra tria milliaria prope terram Canee sunt exempti a solutione yperperis et alijs oneribus sicut illi qui habitant in burgo terre predicte, ita de cetero omnes qui uenient de extra insulam ad habitandum in dicto districtu et stabunt a scalis Kissami citra et a scalis sancte Uenerande, que est uersus Bicornam citra uersus Caneam sint exempti a solutione dicti yperperi et alijs oneribus ut dictum est. Et si stabunt in terra Canee sint eciam exempti a custodijs, ut de alijs dictum est supra. De parte 43—de non 8—non sinceri 7.

4. Capta. Item pro reducendo gentem ad habitandum in predicto districtu Chanee; uadit pars quod committatur capitaneis nostris Culphi, qui erunt per tempora, quod omnes Malotos, quos de cetero recuperabunt de manibus Turchorum, qui non essent de terris et locis nostris faciant conduci Caneam, ut ibi habitent. Et illi qui ponent se ad habitandum a dictis confinijs citra uidelicet a scalis Kissami et sancte Uenerande citra uersus Caneam sint exempti a solutione yperperorum et alijs oneribus, sicut illi de burgo Canee. Et si stabunt in Canea sint eciam exempti a custodijs, sicut de alijs dictum est supra. Alij uero qui ponent se extra terminos predictos subiaceant angarie yperperorum et alijs angarijs, sicut fuit et est consuetudo. De parte 38—de non 7—non sinceri 10.

5. Item cum terra Canee, sicut notum est, habeat magnum circuitum. Et muri sint nimis bassi, quod reddit illam terram minus fortem et minus securam; uadit pars pro conseruatione dicte terre in omni tempore ad honorem nostri dominij quod ordinetur quod quilibet rector et ille qui ad presens est et illi qui ibunt de cetero habeant libertatem faciendi eleuari usque in centum et quinquaginta passus dictorum murorum a quinque pedibus in sex altius, quam sint ad presens. Que expensa fieri possit per eos de introitibus dicte terre faciendo hoc cum quam paucioribus expensis communis fieri poterit, et tenendo illum modum de manualibus ad opus predictum, qui alias obseruatus fuit quando predicti muri, quod non est longum tempus, facti fuerunt. Et hoc pro alleuiando commune ab

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

expensis quantum plus fieri poterit cum honore nostro et contentamento gentis nostre deinde. De parte 17—de non 30—non sinceri 10.

6. Capta. Quod sicut rector Canee tenetur per suam commissionem ire extra per districtum ad faciendum anagrafi, ita pro euitando illas expensas, ordinetur quod de cetero dicte Anagrafi fiant in Canea, quas dictus rector faciat fieri per camerarios dicte terre. Omnes.

26

Fº 102r Ἐπιτρέπεται εἰς τὸν εὐγενῆ Βερτούτσιον Κονταρίνην, καπετάνον Κρήτης, νὰ διατηρῇ ἀντὶ τῶν διὰ τῶν ἐντολῶν του καθορισθέντων ὀκτὼ ἵππων, δέκα τοιούτους. 1384, Μαρτίου 3.

27

Διατάσσεται ὁ ρέκτωρ Χανίων νὰ παραδώσῃ εἰς τὸν δοῦκα καὶ συμβούλους Κρήτης τὰς 5000 ὑπερπύρων αἱ ὁποῖαι παρεδόθησαν εἰς αὐτὸν ὑπὸ τοῦ ἀναχωρήσαντος τέως ρέκτορος εὐγενοῦς Ἰωάννου Βαρβαρήγου. 1384, Ἀπριλίου 1.

Fº 111r Millesimo trecentesimo LXXXIIII, die primo Aprilis.

Capta. Cum nobilis uir ser Johannes Barbadico olim rector Canee in recessu suo a dicto regimine dimiserit et dessignauerit successori suo yperpera quinque mille uel circa, de qua pecunia est utile prouidere, considerata maxima necessitate, quam habet, regimen Crete et etiam quia rector Canee non habet libertatem fatiendi aliquas expensas sine nostra licentia uel regiminis Crete; uadit pars quod scribatur et mandetur rectori Canee quod dictos denarios mittere et dare debeat duche et consiliarijs Crete ad omnem requisitionem suam pro pagis soldatorum nostrorum deinde. Et circa hoc scribatur etiam duche et consiliarijs Crete ut superius dictum est.

28

Ἐπιτρέπεται εἰς πάντας νὰ μεταφέρωσι σῖτον καὶ ἄλλα τρόφιμα ἀπὸ τόπου εἰς τόπον ἐν Κρήτῃ μετὰ προηγουμένην ἄδειαν τοῦ ρέκτορος. Εἰς τοὺς παραβάτας ἐπιβάλλονται ποιναί. 1384, Μαΐου 7.

Fº 120to Millesimo trecentesimo LXXXIIII, die VII Maij.

Capta. Cum rectores nostri insule Crete semper uetauerunt quod aliqua persona uel aliquis noster subditus non possit portare per insulam Crete de loco ad locum bladam grassam nec alia uictualia, quod est potissime factum et sinistrum locorum nostrorum ac etiam damnum fidelium dicte insule, et bonum sit obuiare istis erroribus; uadit pars quod mandetur omnibus nostris rectoribus insule Crete presentibus et futuris et addatur in commissionibus eorum quod de cetero non possint prohibere nec uetare alicui nostro subdito uel fideli portandi de uno loco ad alium uel de uno districtu ad alium libere de dictis bladis et uictualibus per insulam nostram portando predicta semper cum licentia et bulleta rectorum nos-

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

trorum dicte insule, qui teneantur ipsas facere sicut est dictum et accipere plezariam ab illis qui conducere uolent ipsa blada et uictualia per modum predictum quod portata sint et conducta ad loca nostra dicte insule et non alio sub illa pena que uidebitur rectori loci ubi accipientur bullete ne portarentur extra insulam contra ordines nostros, qui in totum firmi maneant contra quoscumque qui extraherent de insula de bladis et uictualibus suprascriptis. Et predicta teneantur seruare dicti rectores sub pena librarum quingentarum quocienscumque contrafecerint, que pena diuidatur per tercium in hunc modum quod unum tercium habeat accusator si fuerit per quem ueritas habeatur et teneatur de credentia, aliud tercium sit aduocatorum communis Veneciarum quibus hoc committatur et reliquum sit communis, de qua pena non possit fieri gratia aliquo modo sub pena ducatorum mille pro quolibet ponente uel consentiente partem in contrarium. Et si consilium etc. De parte 51—de non 26—non sinceri 6.

29

Εἰς τὰς ἐντολὰς τοῦ δουκὸς καὶ τῶν συμβούλων περιλαμβάνεται ὅρος, καθ' ὃν ὅταν ἡ ἀξία τοῦ σίτου εἶναι 26 ὑπέρπυρα τὰ 100 μουτζούρια, νὰ ἐπιτρέπηται ἐλευθέρως ἡ ἀγορά, ἡ πώλησις καὶ ἡ ἐξαγωγὴ εἰς Βενετίαν. Ἐπειδὴ ἡ διάταξις αὕτη δὲν ἐτηρήθη ὑπὸ τῶν ρεκτόρων, διὰ ταῦτα διατάσσεται νὰ ἐπιτραπῇ ἐλευθέρως ἡ ἐξαγωγὴ διὰ Βενετίαν ὅταν ἡ ἀξία τοῦ σίτου κυμαίνεται εἰς 26 ὑπέρπυρα τὰ 100 μουτζούρια. Ἐὰν ὅμως οἱ παραγωγοὶ πρόκειται νὰ ἐξαγάγωσι διὰ χώρας πέραν τῆς Ἀδριατικῆς, νὰ ἔχωσι τὸ δικαίωμα ἐξαγωγῆς τοῦ ἑνὸς τετάρτου.

Ἐπεξηγεῖται ὁ τρόπος τῆς ἐκτιμήσεως τοῦ τετάρτου τούτου. Ἐπιβάλλονται ποιναὶ εἰς τοὺς παραβάτας. 1384, Μαΐου 7.

Fo 120to Millesimo trecentesimo LXXXIIII, die VII Maij.

Capta. Quia in commissione duche et consiliariorum nostrorum Crete continetur, quod quando frumentum ualebit yperperos XXVI uel inde infra centenarium mensurarum permittere debeant quoslibet uolentes emere et inde extrahere et conducere frumentum Venetias sub pena quarti ualoris totius bladi. Qui ordo non seruatur secundum intentionem terre quia aliqui permittuntur extrahere et aliqui non secundum quod ipsis rectoribus placet. Et utile et dignum sit quod tales immunitates sint communes quantum esse possunt; uadit pars quod de cetero ducha et consiliarij nostri Crete et omnes alij rectores insule presentes et futuri quandocumque et quocienscumque frumentum ualebit, transacto mense Augusti communiter usque ad festum Sancti Petri sequentis yperpera uiginti sex centenarium mensurarum uel inde infra permittere debeant quoslibet habentes frumentum de possessionibus suis extrahere seu extrahi facere de insula et conducere Venetias et ad alia loca subdita communi Veneciarum extra Culphum quartum frumenti quod possessiones et territoria sua extimabuntur usufructare in

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

frumento non possendo intra Culphum conducere alio quam Venecias. Que extimationes fieri debeant per bonos et sufficientes extimatores ad expensas eorum quorum fuerint territoria, qui deputentur recepto presenti mandato per dictos nostros rectores et sic successiue quolibet tercio anno ut quilibet extrahat secundum quod poterit per extimam suam. Et dicti rectores teneantur eis facere bulletum de dicto frumento quod debeat ualere solummodo octo diebus, quibus transactis nichil ualeat nec refici posset ulterius. Et rectores nostri predicti teneantur accipere plezariam a quibuscumque extrahentibus de dictis bladis per dictum modum de portando contralitteram quod ipsa blada fuerint conducta Venetias uel alia loca nostra ut superius continetur. Et contrafacientes perdant blada uel ualorem eorum. Et teneantur dicti rectores predicta obseruare sub pena ualoris totius bladi in quo contrafecerint in eorum bonis, que pena diuidatur in tres partes, quarum una sit accusatoris, si fuerit, per quem ueritas habeatur et teneatur de credentia, alia aduocatorum nostrorum Veneciarum quibus hoc committatur et alia sit communis. Si uero non fuerit accusator, medietas sit communis et alia medietas dictorum aduocatorum, remanentibus formis omnibus alijs ordinibus tractarum bladi contentis in commissionibus rectorum nostrorum.

De parte alij—de non 12—non sinceri 5.

30

Πρόβλεψις περὶ ἐπανόδου εἰς Κρήτην τῶν ἀποδημούντων ἕνεκα χρεῶν. 1384, Μαΐου 17.

F° 121r Millesimo trecentesimo LXXXIIII, die XVII Maij.

Capta. Cum multi homines sint extra insulam nostram Crete tam pro debitis communis quam condemnationibus pecuniarijs quam debitis specialium personarum qui libenter se reducerent ad habitandum in ipsa insula si posset inueniri aliquis bonus modus per quem possent se concordare et cum communi et cum specialibus personis. Et pro bono statu et augmento insule dicte faciat dare eis causam redeundi; uadit pars quod scribatur omnibus nostris rectoribus insule quod debeant facere in locis solitis suorum regiminum publice proclamari quod omnes debitores predicti tam communis quam specialium personarum ab yperperis trecentis infra que exiuissent de dicta insula usque ad kalendas mensis Marcij proxime preteriti de MCCCLXXXIIII habeant libertatem a die proclamationis presentis partis usque sex menses tunc proximos uenire ad habitandum in ipsa insula presentando se et notari faciendo rectoribus nostris locorum ubi erunt debitores. Et a die qua scripti erunt habeant libertatem standi in insula usque ad menses octo tunc proximos pro possendo se concordare per terminos tam cum communi quam cum specialibus personis infra quem terminum non possint

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

exigere nec recuperare ullo modo aliquid quod habere deberent. Et si aliquid exigerent possint capi et carcerari non obstante parte presenti. Et si dicti debitores poterunt esse concordes per modum predictum benequidem, quando uero creditores sui nollent eis facere tales terminos quod dicti pauperes homines possint stare et habitare in insula nostra, tunc habere debeant recursum ad rectores nostros locorum predictorum, qui audita differentia existente inter tales debitores et creditores, consideratis condicionibus partium debeant terminare et aptare ipsos per illos modos et ad illos terminos qui eis rationabiles uidebuntur. Et illud quod per dictos rectores fuerit terminatum debeat obseruari. Uerum si predicti debitores non facerent se scribi infra terciam diem ut dictum est possint capi et detineri pro debitis predictis non obstante immunitate partis presentis. Reseruata nichilhominus libertate quam haberent dicti nostri rectores in faciendo gratiam de condemnationibus factis per eos. De parte alij—non o—non sinceri 3.

31

Οἱ ἀγρόται τῆς Κρήτης πληρώνουσιν ἐτησίως φόρον δουλοπαροικίας γρόσια δώδεκα εἰς τὸ δημόσιον πλὴν τῶν ἀγροτῶν Σητείας, οἵτινες πληρώνουσι γρόσια δέκα ἑπτά, ἐκ τῶν ὁποίων δύο κρατεῖ ὁ ρέκτωρ, ἓν ὁ καγκελλάριος καὶ δύο ἀποστέλλονται εἰς Βενετίαν. Διὰ τὴν ὀφειλομένην ἰσότητα καταργοῦνται ταῦτα καὶ τοῦ λοιποῦ παρ' ὅλων τῶν ἀγροτῶν θὰ εἰσπράττονται γρόσια δώδεκα, ὑπὲρ τοῦ δημοσίου Βενετίας. 1384, Μαΐου 17.

F°121r Millesimo trecentesimo LXXXIIII, die XVII Maij.

Capta. Quia omnes rustici insule nostre Crete soluunt omni anno grossos duodecim pro uilanazio nostro communi exceptis rusticis Sithie, qui coguntur soluere grossos decem septem, quorum duos retinet rector loci, unum cancellarius et duo alij grossi ponuntur in nostrum commune. Et utile sit tractare eos equaliter cum alijs ut non habeant causam querele; uadit pars quod de cetero rectores nostri dicti loci presentes et futuri non debeant accipere alicui de dictis rusticis ultra grossos duodecim, sicut soluunt omnes alij rustici insule Crete de quibus nichil accipere debeant ullo modo, set ponantur omnes duodecim in nostrum commune sicut est iustum.

32

Ἀπαγορεύεται εἰς τοὺς ρέκτορας νὰ ἐξαναγκάζωσι τοὺς παραγωγοὺς νὰ πωλῶσι τὸν σῖτόν των εἰς ἣν τιμὴν ὑποδεικνύουσι πρὸς ὄφελος αὐτῶν καὶ τῶν φίλων των. 1384, Μαΐου 17.

F°121r Millesimo trecentesimo LXXXIIII, die XVII Maij.

Capta. In super quia rectores nostri dicti loci tempore messium soliti erant fieri facere unam proclamationem quod frumentum deberet portari ad plateam et dari pro tanto precio faciendo semper minus pretium eo quod ualuisset et hoc

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

solum ad finem fulciendi se et amicos suos, ordinetur quod decetero rectores nostri Sithie nullo modo per proclamationem uel aliter cogere debeant subditos nostros dicti loci ad dandum frumentum suum pro aliquo pretio, set permittere debeant quoslibet de eo uendere pro illo pretio quod eis placuerit sicut est iustum. Et si dicti rectores contrafecerint cadant in pena librarum quingentarum pro quolibet et qualibet uice, de quibus accusator si fuerit per quem sciatur ueritas habeat tercium et teneatur de credencia aduocatores communis tercium et commune reliquum. Reseruata tamen libertate ipsis nostris rectoribus faciendi portari de ipso frumento ad plateam nullum tamen ei precium imponendo.

De parte alij—de non 11—non sinceri 12.

33

1ον Οἱ ἀποσταλέντες σύνδικοι ἐν τῇ δικαιοδοσίᾳ των ἀφῄρεσαν ἀπὸ τῶν ταμιῶν τὰ δικαιώματα τὰ ὁποῖα εἰσέπραττον, ὡς ἐκ τούτου στεροῦνται τῶν τοῦ βίου. Διὰ ταῦτα ἀποφασίζεται νὰ λαμβάνωσι τὰ ἐν τῷ θεσπίσματι ἀναφερόμενα ποσοστά.

2ον Μέτρα πρὸς πρόληψιν καταχρήσεων ὑπὸ τῶν ταμιῶν, εἰς τὰ παρ᾽ αὐτῶν εἰσπραττόμενα.

3ον Τρόπος πληρωμῆς τοῦ πληρώματος, προκειμένου νὰ ἐξοπλισθῇ κάτεργον ἐν Κρήτῃ. 1384, Μαΐου 17.

Fo 121to Millesimo trecentesimo LXXXIIII, die XVII Maij.

Camera Crete. Capta. Cum sindici nostri qui nuper fuerunt ad insulam nostram Crete uigore libertatis eis attribute per istud consilium cogerent camerarios presentes et etiam precessores suos ad restituendum et refundendum communi totum id quod habuerunt de penis infrascriptis quod accipiebant per quamdam consuetudinem introductam per eos uidelicet de penis impositis per officiales quinque de pace, item de penis armorum tractorum super rixis, item de penis impositis per Judices cuiuscumque curie, item de penis impositis per regimen Candide ac de penis quocumque modo et causa impositis per officium ipsorum camerariorum. Et pars istarum penarum eis oblatarum sit tanta quod ipsi camerarij sunt ibi cum tanto onere expensarum quod male possunt uiuere et propterea necessarium sit eis subuenire ita quod possint uiuere et quod habeant causam faciendi bene et legaliter officium suum; uadit pars quod camerarij presentes et futuri de cetero habere debeant secundum reseruationem eis factam per dictos nostros sindicos, uidelicet tercium penarum fallitorum galearum, tercium penarum affictuum terraticorum, possessionum, domorum et comerclorum communis, ac omnium aliarum penarum que per dictos camerarios exacte forent coniuncte cum capitalibus. Et ut sint magis solliciti ad exigendum bona nostri communis et ut eligantur persone meliores et sufficientiores sicut requirit dictum officium, habeant ipsi camerarij de omnibus condemnationibus officialium refusuris dis-

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

uarnitionum, bonis rebellium et dacijs uillanorum communis que excusserint et recuperauerint grossum unum pro quolibet yperpero, de quo quidem grosso cancellarius et scribe camere communis habeant paruos quatuor et famuli dicte camere habeant paruos quatuor, et reliqui parui XXIIII sint camerariorum quos diuidere debeant per tercium equaliter inter eos. Item de alijs debitis ueteribus non specificatis que debentur communi quomodocumque ab inicio usque kalendas mensis Martij nuper preteriti de MCCCLXXXIII habeant grossum unum cum dimidio pro quolibet yperpero de tota pecunia quam excusserint de predictis, de quibus cancellarius et scribe ac famuli camere habeant partem ut supra et reliquum sit camerariorum diuidendum inter eos ut supra. Et hec etiam loca habeant et ad istam condicionem sint camerarij presentes de omnibus penis et pecunia exactis per ipsos per modum predictum a festo sancti Michaelis proxime preterito citra.

Capta. Item ad euitandum de cetero multa mala que commissa sunt et committi possent per ipsos camerarios Crete in soluendo debentibus habere ab ipsa camera sine cetula et bulletino duche et consiliariorum Crete ordinetur quod de cetero si aliqui camerariorum nostrorum Crete soluerint et dederint aliquam pecuniam alicui sine bulleta regiminis Crete quod ille camerarius qui ipsam pecuniam dederit sine dicta bulleta debeat restituere communi totum quod sic soluerit et medietatem plus pro pena, de qua aduocatores communis Crete habeant medietatem et altera sit communis. Et si accusator inde fuerit per quem ueritas habeatur, habeat tercium, tercium aduocatores communis Crete et commune reliquum.

Capta. Item ordinetur quod occurrente casu quo foret necesse armare galeas ad scarnucia, de cetero talia scarnucia prohici non debeant, set seruetur hic modus uidelicet quod omnibus illis qui ire debebunt in galea, dari uel prohici debeat una cedula in domo sua sicut prohiciebantur scarnucia, in qua cedula contineatur quantitas pecunie quam quilibet habere debebit. Que cetule fieri debeant per dictos camerarios presente uno de consiliarij Candide, qui consiliarius habeat penes se registrum omnium cetularum que prohicientur. Et omnes illi quibus dabitur dicta cetula debeant ire ad cameram camerariorum ad accipiendum soldum suum ad tempus eis assignatum sub illis penis modis et condicionibus, in quas incurrebant quando eis dabantur scarnucia. Et non possint predicti quibus data et assignata fuerit cetula excusari per alios quam per regimen Crete aliquo modo uel ingenio quod regimen debeat apponere bene mentem quod non fiat per ipsos camerarios contra intencionem predictam. Et si aliquis ex dictis camerarijs excusauerit aliquem de predictis cadat in penam yperperorum quinqua-

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

ginta pro quolibet et qualibet uice, que pena diuidatur per tercium, una pars sit accusatoris, si accusator fuerit, per quem ueritas habeatur tercium aduocatoris communis deinde et reliquum sit communis de qua pena camerarijs contrafatientibus non possit fieri gratia per regimen Crete sub pena sacramenti, et tamen gratia quam fecisset nichil ualeat.

34

Τρόπος προκαταβολῆς εἰς ναύτας τῶν ἐξοπλιζομένων ἐν Κρήτῃ κατέργων. 1384, Μαΐου, 17.

F°122r Millesimo trecentesimo LXXXIIII, die XVII Maij.

Capta. Insuper quia repertum est quod in quaternis armamenti galearum Candide in quibus scribuntur homines dictarum galearum non scribuntur contrate nec domus in quibus habitant dicti homines nec etiam accipiunt ab eis plezarie quod non est bene factum, quia sepe redundat et redundare potest in damnum nostri communis; uadit pars quod de cetero quando armabuntur alique galee et homines accipient soldum de uoluntate camerarij Crete debeant accipere plezariam et ordinate notare in quaternis dicti armamenti contratas et domos habitationum tam principalium quam pleziorum. Et si armaretur per cetulam debeant notari nomina, pronomina et contrate ac domus habitationum illorum quibus dabitur soldum. Et si aliter aliquid dederint debeant ipsi camerarij refundere de suo proprio tantum quantum fuerit illud quod dedissent.

35

Περὶ ἀποστολῆς εἰς Κρήτην προϊσταμένου λογιστοῦ, ὅστις νὰ ὑποδείξῃ εἰς τοὺς ταμίας τὴν τήρησιν τῶν βιβλίων. Τρόπος τηρήσεως λογιστικῶν βιβλίων. Προβλεπόμεναι ποιναὶ διὰ τοὺς παραβάτας ταμίας. 1384, Μαΐου, 17.

F° 122r Millesimo trecentesimo LXXXIIII, die XVII Maij.

Capta. Preterea cum continue mittatur nostris officialibus rationum ueterum quaterni camerariorum nostrorum Crete per quos bene distincte uideri non possunt rationes nostri communis et specialiter si per ipsos camerarios exacti sunt omnes introitus nostri communis, et si aliquid restat exigi et a quibus et similiter non possunt uideri expense particulariter. Et utile ac necessarium sit regulare ita introitus et expensas dicte camere, quod regimen Crete possit subito ipsas expensas et introitus uidere, ac prouidere erroribus et negligentijs camerariorum, et etiam quod quando quaterni dicte camere erunt hic, dicte rationes per officiales nostros clare et lucide possint examinari; uadit pars quod de Venetijs mittatur una sufficiens persona ad dictam cameram Crete que sciat bene tenere quaternum per modum banchi siue mercantie, que eligatur et confirmetur per dominum, consiliarios, capita de XL et sapientes Crete uel per maiorem par-

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

tem dicti collegij cum illo salario et condicione que uidebitur eis uel maiori parti. Et de cetero debeat per dictos nostros camerarios hic modus in dictis rationibus obseruari quod duo ex eis simul scribere debeant in duobus zornalibus omnes introitus et expensas dicte camere, habendo etiam duo alia zornalia pro cambio aliorum ita quod una die scribant in duobus zornalibus et sequenti die in alijs duobus ut scriba qui mittetur de Venetijs et erit ad matrem possit habere illa zornalia ea die qua camerarij non scribent in eis et ponere rationes in matre. Et sit unus de dictis duobus camerarijs qui scribent in zornali ad capsam per unum mensem et in fine dicti mensis uideri debeat ordinate rationes dicte capse et ad ipsam capsam sequenti mense sit alius camerarius qui scripserit in zornali cum camerario qui tenuerit capsam. Et loco illius qui tenuerit primo capsam intret tercius camerarius et scribat in zornali cum eo qui intrauerit ad capsam donec compleuerit suum mensem ad dictam capsam et postea habeat capsam et loco illius qui tenuerit capsam intrare debeat camerarius qui non scripserit in zornali dicto mense et sic successiue et continue mutari et cambriri debeant de mense in mensem ut dictum est. Et non possit unus camerarius pro alio scribere in zornali nec esse ad capsam nisi ut dictum est, saluo in casu necessitatis sub pena ducatorum centum pro quolibet contrafaciente et qualibet uice quam exigant aduocatores communis de Creta habentes tercium, tercium accusator si fuerit per quem ueritas habeatur et tercium sit communis et si non fuerit accusator due partes ueniant in commune. Et si dicti camerarij contrafacientes reperirentur per officiales nostros rationum ueterum siue per accusam eis factam habeant ipsi officiales medietatem dicte pene, et alia medietas sit nostri communis. Et si esset accusator habeat tercium et teneatur de credencia. De tercio uero camerario qui non scribet in zornali ordinetur quod debeat sollicitare ad recuperandum de debitis nostri communis et mittendum pro illis qui debebunt soluere nostro communi et facere alia spectantia officio suo cum uoluntate suorum sociotum uel maioris partis. Scriba uero qui mittetur de Venecijs scribere debeat in quaterno magno in quo tenere debeat ordinate rationem capse tenendo in eo ratioem daciorum uniuersaliter et particulariter, et similiter rationes casalium et domorum communis uniuersaliter et particulariter et omnes alia rationes, debita et credita nostri communis, sicut erit necessarium et opportunum. Et similiter deputetur unus de scribis dicte camere camerariorum qui uidebitur sufficientior duche, consiliarijs et capitaneo Crete et uni de camerarijs per texeram uel maiori parti eorum, qui scriba scribere debeat in uno alio quaterno magno siue matre, sicut scribet scriba qui mittetur dehinc, ita quod omnino sint duo quaterni magni siue matres similes que solidari debeant usque ad MCCCLXXXV diem ultimum Februarij,

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

de quibus mater que scripta erit per manum scribe missi de Venecijs mittatur Venecias cum medietate zornalium dicti temporis, ut cum ipsis zornalibus et matre possint hic uideri ordinate et presto rationes nostri communis et ut possit prouideri sicut erit necessarium pro utilitate et bono nostri communis. Alia uero mater et alia zornalia remanere debeant pro omni bono respectu deinde. Matres uero et zornalia que incipientur de MCCCLXXXVI die primo mensis Marcij durare debeant per annos duos et in fine dictorum duorum annorum solidari debeant et mitti Venecias per modum predictum et sic successiue fiat de duobus in duos annos et si consilium etc.

Et quia mittendo dictum scribam de Venetijs et seruando dictam regulam non erunt necessarij in dicta camera tot scribe, quot sunt ibi ad presens, scribatur et mandetur duche consiliarijs et capitaneo Crete et uni ex camerarijs per texeram quod per ipsos uel maiorem partem prouidere debeant de cassando de dicta camera omnes illos scribas qui non erunt necessarij pro alleuiando commune nostrum ab expensis quantum fieri poterit intelligendo hoc etiam de cancellario camerariorum nostrorum deinde si dicto collegio uidebitur.

Insuper ut dictus ordo et pars habeat bonum effectum committatur et mandetur camerarijs deinde quod quam citius esse poterit mittere debeant Venetias exemplum matris omnium affictuum nostri communis ita quod quando mittentur quaterni rationum possit uideri si erunt bene exacti omnes introitus communis nostri deinde.

Item ut possint melius uideri et distinctius rationes predicte, mandetur duche et consiliarijs Crete et omnibus alijs rectoribus insule Crete presentibus uel qui se reperientur per tempora quod quando ipsi incantabunt datia, ipsi totis uiribus incantare ea debeant per modum quo termini ultimi ipsorum daciorum compleant ad finem mensis Februarij de MCCCLXXXV ut matres melius possent solidari et specialiter de dicto millesimo in quo solidari debent ut superius dictum est. Et iniungatur in commissionibus omnium rectorum nostrorum insule quod quando incantauerint et deliberauerint datia locorum sibi commissorum quam citius esse poterit per plures manus scribere debeant dominio pro quanto incantata et deliberata erunt datia supradicta et pro quanto tempore ut officiales nostri rationum possint scire et uidere quando examinabunt quaternos, si rationes erunt ordinate notate et solidate. De parte 75.—De non 4.—Non sinceri 7.

36

Ἐπιβάλλεται φόρος 1% μεσιτείας ἐπὶ πάντων καὶ τῶν ἐμπορευμάτων τῶν πωλουμένων ἐν Μεθώνῃ καὶ Κορώνῃ, ὡς ἐν Κρήτῃ καὶ Εὐβοίᾳ, ὅστις ἐπιβαρύνει ἐξ ἡμισείας πωλητὴν καὶ ἀγοραστήν. Ὁ φόρος οὗτος δὲν ἀποβλέπει τὴν λειανικὴν πώλησιν, οὔτε τὰ ἀναψυκτικὰ τὰ πωλούμενα εἰς

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

τοὺς ναυτικούς, οὔτε τὰ εἴδη τὰ πωλούμενα καὶ ἀγοραζόμενα ὑπὸ τῶν δουλοπαροίκων μεταξύ των. Ὑποχρεοῦνται οἱ μεσῖται νὰ καταγράφωσιν ἐντὸς τριῶν ἡμερῶν πάσας τὰς πράξεις των, ἐν ἐναντίᾳ περιπτώσει ἐπιβάλλονται ποιναί. Αἱ ἄνευ μεσιτῶν ἀγοραπωλησίαι καταγράφονται ἐπίσης ἐντὸς τριῶν ἡμερῶν. Ἡ παράλειψις συνεπάγεται ποινάς. Ἀκολουθοῦσι καὶ ἄλλαι διατάξεις, δι' ὧν ἀποτρέπεται ἡ καταστρατήγησις τοῦ νόμου περὶ μεσιτειῶν. Ὁ φόρος μισθοῦται διὰ πλειοδοτικῆς δημοπρασίας καθὼς καὶ ἡ ἐπαλήθευσις τῶν μέτρων καὶ σταθμῶν. 1384, Μαΐου, 17.

Missetaria Coroni et Mothoni.

F° 123r Millesimo trecentesimo LXXXIIII, die XVII Maij.

Capta. Cum in ciuitatibus nostris Candide et Nigropontis soluatur missetaria de omnibus rebus et mercationibus que fiunt in locis predictis et in locis nostris Coroni et Mothoni ubi fiunt multe mercationes, nichil soluatur de missetaria et commune nostrum sustineat et sustentaturum sit multas et multas expensas pro suluentione et bono dictorum locorum et propterea necessarium sit alleuiare ipsum nostrum commune a tot et tantis expensis in quantum possibile est; uadit pars quod a die proclamationis infrascripte partis fiende in antea, soluatur una pro centenario pro missetaria de omnibus rebus et mercationibus que uendentur in locis predictis et eorum districtibus de qua una pro centenario uenditor soluat medietatem et emptor aliam medietatem. Et de huiusmodi missetaria misseta habeat quartum et reliquum commune. Et non intelligantur in hoc res que uendentur ad minutum nec res que ementur pro refreschamentis nauigiorum, nec etiam res quas uillani dictorum districtuum emunt et uendunt intra se.

Item quod quilibet misseta teneatur facere scribi ordinate quodlibet mercatum quod faciet infra terciam diem, postquam illud fecerit sub pena perpetue priuationis dicte missetarie et ultra hoc soluendi tantum quantum fuisset missetaria mercati non scripti, que pena diuidatur per tercium, unum tercium sit accusatoris, si accusator fuerit per quem ueritas habeatur et teneatur de credencia, aliud tercium sit illius qui habebit dictam missetariam a communi. Et si accusator non fuerit diuidatur in duas partes, quarum una sit habentis missetariam a communi et altera sit communis.

Item siquis fecerit in locis predictis mercatum sine misseta, teneatur tam emptor quam uenditor facere scribi dictum mercatum infra terciam diem postquam illud fecerit in pena perdendi duplicem missetariam mercati non scripti de qua pena accusator habeat tercium et teneatur de credencia, tercium ille qui habebit missetariam et aliud tercium sit communis.

Item quod quilibet emptor retinere debeat de precio mercationum et rerum quas emerit, partem que tanget uenditorem. Et teneatur ipse emptor soluisse totam missetariam infra unum mensem, postquam mercantie uel res fuerint ponderate uel mensurate et factum precium sub pena soldorum duorum pro libra

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

totius missetarie. Cuius pene medietas sit habentis missetariam a communi et alia medietas sit communis. Et hoc intelligatur si emptor fuerit Venetijs uel habitator dictorum locorum. Si uero emptor esset forensis, debeat ipse forensis statim soluere partem suam missetarie, et habitator siue Venetus soluat ad terminum predictum.

Item si aliquis mercator latinus emisset aliquas mercantias in predictis districtibus Mothoni uel Coroni uel in alijs locis aut districtibus circumstantibus circumcirca per XXV milliaria teneatur ipse mercator dictas mercantias et ualorem earum facere scribi ordinate in quaterno missetarie infra terciam diem postquam fecerit conduci ipsas mercantias in locis predictis aut districtibus Coroni et Mothoni sub illa pena ad quam subiacent facientes mercatum sine misseta, et non faciunt illud scribi, que pena diuidatur prout continetur in parte predicta. Et teneatur etiam soluisse missetariam predictam infra unum mensem sub penis et condicionibus contentis in dicta parte facientium mercatum sine misseta et non facientium illud scribi. Intelligendo quod dictus terminus incipiat solum quando faciet conduci dictas mercantias in locis nostris predictis uel in districtibus eorumdem. Remanente mercatori parte missetarie que tangeret missetam.

Item ut non fraudetur dicta missetaria ordinetur quod omnes res et mercantie pro quibus debebit solui missetariam ponderetur ad stateram communis publice ac juste ac legaliter per ponderatorem communis. Et si erunt mercantie mensurande similiter debeant publice et legaliter mensurari per mensuratorem ant mensuratores communis. Et ad hoc teneatur tam emptor quam uenditor quando mercantie transferentur aut debuntur. Et si quis dabit aut accipiet mercationes aliter quam ut dictum est incurat tam ille qui dabit quam ille qui accipiet in illam penam in quam incurrunt facientes mercatum sine misseta et non faciunt illud scribi cum omnibus modis et condicionibus in dicta parte contentis.

F°123t° Capta. Item quod de predictis omnibus et singulis penis nec aliqua parte earum non possit fieri gratia, donum remissis, suspensis aut termini elongatio aliquo modo uel forma.

Item ut commune nostrum consequatur maiorem utilitatem et ut fraus in ipsa missetaria committi non possit debeat incantari, dari et deliberari dicta missetaria Coroni ad publicum incantum plus offerentibus per castellanum et consiliarios dicti loci uel per maiorem partem eorum qui dent et deliberent pro uno anno cum omnibus condicionibus antedictis. Et simili modo incantari et deliberari debeat missetaria Mothoni per castellanum et consiliarios Mothoni uel per maiorem partem ad publicum incantum plus offerentibus per unum annum cum omnibus modis et condicionibus antedictis. Et teneatur quilibet eorum qui habe-

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

bunt et accipient dictas missetarias soluisse in quatuor pagis, uidelicet infine singularum trium mensium quartum et dedisse bonam et sufficientem plezariam de incantu totius anni ut commune nostrum habeat drictum suum. Et teneatur predictus qui habuerit dictam missetariam tenere unum quaternum in quo scribantur ordinate omnia mercata quem quaternum teneatur et debeat assignare in capite anni in cancellarijs regiminum. Et antequam dicte missetarie incantentur debeant per octo dies ante in locis solitis publicari. Et si consilium uel capitulare esset contra predicta uel aliquid predictorum sit reuocatum quantum in hoc.

Item quia dicitur quod Mothoni non est ponderator nec mensurator pro communi, scribatur castellano et consiliarijs Mothoni quod faciant incantari pondus et passum communis ut ponderatores et mensuratores sint ita ibi pro communi et cum illis modis, ordinibus et condicionibus quibus sunt Coroni.

Item ut omnia ordinate procedant scribatur castellanis Coroni et Mothoni quod quilibet eorum in suis locis constituat missetas quo eis uidebuntur sufficientes et boni pro missetarijs dictorum locorum.

De non 3 — non sinceri 10 — de parte alij.

37

Fo 124to 1ον Περὶ παραπομπῆς εἰς δίκην τοῦ τέως ταμίου Κρήτης Ἀνδρέου Τζάνε ποτὲ Λαυρεντίου, διὰ τὰς πέντε πράξεις δι' ἃς κατηγορεῖται τινὰς τῶν ὁποίων διέπραξε.

2ον Τιμωρία τοῦ Ἀνδρέου Τζάνε. Δεκαετὴς στέρησις πάντων τῶν ὀφφικίων, τῶν δώρων καὶ τῆς συμμετοχῆς του εἰς τὴν διοίκησιν τῆς Κρήτης καὶ ἀπόδοσις ὑπερπύρων 266 εἰς τὸ δημόσιον. Τῶν ποινῶν τούτων δὲν δύναται νὰ λάβῃ χάριν. 1384, Φεβρουαρίου 9.

38

1ον Περὶ παραπομπῆς εἰς δίκην τοῦ εὐγενοῦς Φαντίνου Μπολντοῦ τέως ταμίου Κρήτης δι' ὅσα κατηγορεῖται ὅτι διέπραξε κατὰ τῆς τιμῆς τῆς κυριαρχίας καὶ παρὰ τὰ διατεταγμένα εἰς τὰς ἐντολάς του.

2ον Τιμωρία τοῦ Φαντίνου Μπολντοῦ. Στέρησις ἱκανότητος ἐπὶ πάντων τῶν ὀφφικίων, εὐεργετημάτων καὶ διοικήσεως ἐν Κρήτῃ καὶ καταδίκης εἰς πρόστιμον 300 λιτρῶν, ἐξ ὧν νὰ ἀποσταλῶσιν εἰς Βενετίαν 22 ὑπέρπυρα. Ὡς ἀνωτέρω δὲν δύναται νὰ τύχῃ χάριτος.

3ον Περὶ παραπομπῆς εἰς δίκην τοῦ εὐγενοῦς Μάρκου Δαμολίνου τέως ταμίου Κρήτης δι' ὅσα διέπραξε κατὰ τὴν ὑπηρεσίαν του κατονομαζόμενα εἰς πέντε κεφάλαια.

Ὁ Μᾶρκος Δαμολῖνος στερεῖται τῆς ἱκανότητος ἐπὶ πάντων τῶν ὀφφικίων, εὐεργετημάτων καὶ διοικήσεως ἐν Βενετίᾳ καὶ ἐκτὸς Βενετίας ἐξαιρουμένων τῶν συμβουλίων. Καταδικάζεται εἰς καταβολὴν προστίμου ὑπερπύρων 1058, γροσίων 8, εἰς τὸ δημόσιον ταμεῖον καὶ δὲν δύναται νὰ τύχῃ χάριτος. 1384, Μαρτίου 1.

1ον Περὶ παραπομπῆς εἰς δίκην τοῦ εὐγενοῦς Ἰωάννου Κόπου (Copo) τέως ταμίου Κρήτης, διὰ τὰ ὑπ' αὐτοῦ διαπραχθέντα, συνοψιζόμενα εἰς τέσσαρα κεφάλαια. 1384, Μαρτίου, 15.

2ον Ὁ Ἰωάννης Κόπος στερεῖται πάντων τῶν ὀφφικίων, εὐεργετημάτων καὶ διοικήσεως τῆς νήσου Κρήτης, καὶ καταδικάζεται εἰς πρόστιμον λιτρῶν 300.

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

Περὶ παραπομπῆς εἰς δίκην τοῦ Τζανάκη Σηριάκου (Seriaco) γραφέως πόλεως Χάνδακος δι' ὅσα διέπραξε ἐν τῇ γραμματείᾳ κατὰ τῆς τιμῆς τῆς κυριαρχίας. 1384, Μαΐου 5.

1ον Περὶ παραπομπῆς εἰς δίκην τοῦ Δανιέλλου Δελφίνου τέως ταμίου Κρήτης, δι' ὅσα διέπραξε διαρκούσης τῆς ὑπηρεσίας του κατὰ τῆς τιμῆς τῆς κυριαρχίας, περιλαμβανόμενα εἰς ἓξ κεφάλαια.

2ον Ὁ Δανιέλλος Δελφῖνος στερεῖται τῆς ἱκανότητος ἐπὶ πάντων τῶν ὀφφικίων, εὐεργετημάτων καὶ διοικήσεως Κρήτης καὶ καταδικάζεται εἰς πρόστιμον ὑπερπύρων 371 καὶ λιτρῶν 1000. Τῆς ποινῆς ταύτης ἀπαγορεύεται νὰ δοθῇ χάρις. 1384, Ἰουνίου 7.

1ον Περὶ παραπομπῆς εἰς δίκην τοῦ εὐγενοῦς Ἀνδρέου Δανδόλου τέως δουκὸς Κρήτης δι' ὅσα διέπραξε διαρκούσης τῆς διοικήσεώς του, περιλαμβανόμενα εἰς πέντε κεφάλαια. 1384, Ἰουλίου 4.

2ον Ὁ Ἀνδρέας Δανδόλος στερεῖται ἐπὶ πενταετίαν πάντων τῶν ὀφφικίων, εὐεργετημάτων, διοικήσεως Κρήτης καὶ καταδικάζεται εἰς πρόστιμον λιτρῶν 200. Τῆς ποινῆς ταύτης δὲν ἐπιτρέπεται χάρις. Ἐπίσης ὑποχρεοῦται νὰ ἀποδώσῃ τοὺς λίθους καὶ τὴν ἄσβεστον, τὰ ὁποῖα ἐχρησιμοποίησε πρὸς ἐπισκευὴν τῶν οἰκιῶν του. 1384, Ἰουλίου 4.

Fo 126to Millesimo trecentesimo LXXXIIII, die IIII Julij.

Quod iste ser Andreas Dandulo facta diligenti inquisitione et examinacione per regimen Crete de lapidibus et calce communis quem habuit in operibus suis cogatur soluere deinde totum id quod ualebant et similiter statim hic soluere debeat yperpera centum pro coprea, quam habuit a ser Marino Gisi et a ser Angelo Mudatio, de quibus ipsi sunt debitores communi, sicut ipse ser Andreas eis promisit et incantus domorum deliberatarum per eum et per ser Jacobum de Medio consiliarium, Leoni marangono, sit nullius ualoris, ita quod ipse domus omnes redeant in commune et incantentur de nouo, reseruatis juribus dicti Leonis, si aliquas expensas fecisset in eis, secundum quod ipsi regimini iustum uidebitur. Et priuetur quinque annis omnibus officijs, beneficijs et regiminibus insule Crete et soluat libras ducentas, de quibus penis uel aliqua earum non possit ei fieri gratia, donum, remissio, reuocatio, nec aliqua declaratio sub pena ducatorum mille pro quolibet consiliario, capite, sapiente, uel alio ponente, uel consentiente partem in contrarium.

Capta. Quod iste ser Andreas Dandulo soluere debeat lapidem et calcinam quam habuit in opere domorum suorum, secundum quod erit terminatum per regimen Crete et libras centum. Ser Andreas Donato et ser Dominicus Bono sindici uolunt partem domini per totum, saluo quod nolunt, quod priuetur omnibus officijs, beneficijs et regiminibus insule Crete et soluat ducatos ducentos, de quibus penis etc. ut in parte domini continetur. Non sinceri 1.

39

Fo 141to Περὶ διεκδικήσεως κυριότητος τιμαρίου ὑπὸ τοῦ Τζανάκη Δανδόλου κειμένου ἐν Μυλοποτάμῳ, τὸ ὁποῖον ἠγόρασε παρά τινος Μανώλη υἱοῦ τοῦ Γιαννούλη Μαυρομμάτη κατοίκου Χάνδακος, μεθ' ὅλων τῶν περιοχῶν καὶ δουλοπαροίκων. Γενομένης τῆς ἀγοραπωλησίας προέκυψεν ὅτι μέρος τοῦ

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

Ακαδημία Αθηνών / Academy of Athens

